




Argumenta omnium, tam veteris quam novi testamenti, Capitum: Elegiaco Carmine conscripta,

<https://hdl.handle.net/1874/416876>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:


- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


X. Oct.

126



21
CHURCH
CEREMONIES






et p. ipso omni incendo
t. ad ipsius nomen

126

10
q[ui] uentur in dolo
vnu[m] tua e[st] q[ui]
q[ui] in lib[er]o dypas
tractab[us] p[ro]p[ri]o q[ui]
q[ui] ut cadat dubit a
rect ut p[ro]mutu[n]d
rem e[st] s[ic] q[ui] n[on]
u[er]one homi illa c
x[ist]ibilis p[er]ce[re]t
t[em]p[or]e illud q[ui] quo
me[m]p[er] t[em]p[or]e q[ui] cre
sermonem t[em]p[or]e q[ui]
me[m]p[er] t[em]p[or]e q[ui]
q[ui] p[ro]p[ri]o e[st] t[em]p[or]e
u[er]o dypas
hec m[od]i pacificad
pac[er]e caule curi

X. oct.

126



247. ii.

~~NEILB~~

ARGVMEN
TA OMNIVM, TAM
VETERIS QVAM NOVI
Testamenti, Capitum: Elegiaco Carmine
conscripta: authore RODOL
PHO GVALTHERO
TIGVRINO.



I E S V S
E C C E agnus ille Dei, qui tollit peccatum mundi.
Ioan. I.

T I G V R I E X C V D E B A T
Froschouerus. Anno XLIII.



Leopoldina
Bucheriana

B E A T I C O M I T I S D O N-
garen sis Theologi & Medici exhortatio
ad sacras literas.

Q V I cupis egelidos flagrami corde liquores,
Castaliaq; æstus fonte leuare tuos:
Hæc properanter adi, nec te ratio ulla moretur:
Pegaseum cursu uincere oportet equum.
Hic sunt intus aquæ dulces, sunt pura fluentia,
Tollere Tantaleam, que puta, posse stium.
Limpidus hinc claro decurrit flumine fons, qui
Mortifugas omni tempore ructat aquas.
Ergo hic ambrosias humor superauerit omnes,
Hæc longe Hybleos uicerit unda fauos,
Qua qui proluerit cupidus sua pectora, nunquam
Ardores duræ sentiet ille sitis.
Cætera sunt limus, sunt fordes flumina tanum.
O nimis immunda balnea digna sue.

C L A R I S S I M O V I R O
D . T H E O D O R O B I B L I A N D R O
fidelissimo in Tigurina Ecclesia sacre Theologie
Doctori, praeceptoris suo colendiss. R O-
D O L P H V S G V A L T H E R V S
T I G V R I N V S S.

 C I O equidem, non defuturos esse, qui hunc laborem nostrū minus benigne suscipiant, vir clariss, iniquum esse putantes rem tantam & tam sanctam tam brevibus numeris describi, quemadmodū à me factum esse videbunt. Putabunt alij nulla uenia dignum esse, uel sacras literas ad poēsis modulos reuocare, uel hos in illas inserere. Iudicabūt alij satis imprudenter rem tantam à me esse suceptam, qui non ignorem quām curta sit mihi domi meæ suppellex. Cæterum si quis huiusmodi lectorū calumnias hoc nostro sæculo uitare uoluerit, omnino, ut ē mundo exeat, oportet. Ut enim suum cuiq; pulchrū est, ita omnia aliena dispercent. Nam quemadmodū Philautiæ malum ceu hereditario iure à primo illo parente nostro accepimus, ita etiam odij quendam somitem pectori inclusum gestamus, qui minus dextre aliorum labores etiam summa laude dignos suscipit. Vnde serè fieri solet, ut nō modo charitate Christiana, sed omni etiā humanitate neglecta, incusemus immeritos, proscindamus indignos, & culpā suā agnoscētes ueniamq; orantes tractemus inhumanius. Quæ oīa uere à me dicta esse

EPISTOLA

nemo negabit, qui affectibus animi sui positis propriam sui ipsius ingenii naturam inspicerit. Postea autem huic malo longe pestilentissimo, quo nimis omnis iudicij nostri virtus lumenque excrucatur, hoc unum mederi remedium, si hoc sibi faciendum esse singuli parent, ut non tam authorem operis, quam ipsum opus inspicerent: quod incorruptissimos illos Atheniensium Arcopagitas factitasse legimus. Viderent sane tunc homines illi satis rigidi alienorum operum censores, non tam inique de multis iudicandum esse, quae hodie non alio quam solius authoris nomine suspecta sunt. Quod si ab omnibus impetrari posset, breui omnes similitates, rixas, iurgia, factiones, omnes denique discordiarum scintillas sopiae uideremus: nec etiam totum opus esset prefationibus ad illorum excusationem, quae pio animi zelo nec etiam ne omni scientia a multis nostri saeculi scriptoribus in lucem emittuntur. Ipsa enim res, proprio tua testimonio, ipsum etiam authorem commendaret. Cum autem secus fieri conspi- ciamus, non inutile, immo necessarium esse duxi, ut & ipse huius laboris nostri ratione redderem: idque apud te potissimum, praestantissime THEODORE, quoniam ut te eruditione varia & pietate non fucata instructum nemo non agnoscit, ita ipse mihi de te persuasum habeo, quod omni affectu positio, de omnibus nos admonitus sis in hoc nostro opere, quorum nos admonendos esse duxeris.

CVM itaque omnes nos, quotquot Christum profitemur, in hoc interios esse deceat, ut Domini nostri, qui Rex est iustitiae & pacis, cognitionem plenam cosequamur

N V N C V P A T O R I A.

quamur, & in uoluntatis suæ mysteria penetreremus pe-
nitius, debet certe ut sacrarū literarū studiū omnibus
nobis imprimis commendatū sit, qua sola uia ad tan-
ti mysterij cognitionem perstringere licet. Postulat hæc
autem indefessam ingenij nostri diligentiam, animum
omnibus alijs curis liberū & operā indesinenter. Ut
enim Deus coto corde uult diligi, nec pietatis officio
fungitur, qui animū uarijs amoribus distractum ad
Dominum attulerit: ita nec ille sacrarū literarū studio
sus dici potest, qui alijs curis animū obruiū gestas, sa-
cras literas cū indignis se studijs cōiungere conatur.
Neque etiam hic bene cœpisse sufficit, nisi cursu fœlici
& continuo ad meritam usq; contendamus. Quemadmodum
enim omnes ferè artis non nisi iugi studio
& exercitatione perdiscuntur & in memoria retinen-
tur: ita etiā pietatis & fidei longe splendidissima pro-
fessio sine indesinenti exercitatione non consistit. Ob-
errat enim ad iersarius noster ceu Leo rugiēs, quæritq; est
quem deuoret Prædam aut facilius nō parabit, quan-
si pietatis studiū humanę menti excutiat. SED quā-
tū proh dolor, in re rā necessaria & salubri oscitantiā
& dormitionē uidere licet? Quotus enim quisq; est,
qui hunc studiorū suorū scopum præfixum teneat &
spectet? Singuli enim, quæ nobis, imo carnis libidini
arident sequimur, neglecto interim opulentissimo
illo thesauro, quo CHRISTVS & salus per illū par-
ta continentur. Mauult enim alius quæstuosa Iuris no-
lumina euoluere: alius Medicinę præceptis potius im-
morari, imo immori: alius Mathematicorū spinosis
argutijs inuigilare: alius dicendi & linguarū studijs

EPISTOLA

insudare potius concupiscit, quam ut huc omnis eruditio nis, scientiae & sapientiae fontem adeat: quis sciente saluberrimis. Ut interim de illis taceam, quorum nimirum multi sunt, qui Theologiam nomine professi, re ipsa nihil minus quam Theologiq; studiū sequuntur: sed postquam totos annos omnemq; ferē uitam studijs minus utilibus dedicauerunt, uix unum diem uel initis sacrosancta sacrae scripturæ religio extorquet. Queruntur enim de illius sterilitate & salebrosis uerborum compositionibus, malumq; fructus artiū horum inuisere lateq; uirentia prata, quam pallido illo, severo, tristi et terrido (ut dicere solent) studio cruciari, cuius prouentū non aliū quam crucem, infamiam & persecutionem esse experīatur. Sed utinam illi penitus inspexissent huius studij penetralia, uideret utiq; heic omnibus ingenijs campum patere amplissimum, in quo se libere exercere possint nō sine splendidissimo brauio, quorquot uel has uel illas artes fuerint secuti. Viderent deniq; sua illa aliarum artium a facultatum (ut illi uocant) studia prorsus ie iuna, frigida, inutilia, imo perniciofa esse, nisi Theologiae studio conditetur. Ut enim omnes cibos sale condiri necesse est: ita omnium studiorum suauissimum condimentum est pietas ac religio, quae secundū Paulum ad omnia est utilis. Quae si defuerit, talē hominis & animae statum efficit, qualis anima absente corporis solet esse conditio. Tum enim homo Nabal esse solet uerus, truncus nimirum, cui omnis uegetatiua uis et succus naturalis libidinum & uanae concupiscentiae flammis consumptus est. Quid autē mihi hæc monentii euenturum

N V N C V P A T O R I A.

turum sit, nō ignoro. Clamabunt enim me artiū ini-
micum esse, linguarum oforem, qui omnes ad Theo-
logicum illud supercilium & anxium superstitionis
(sic enim illi uocant ardenter scripturæ studiū) reu-
care uelim, ignorans interim non minus & Medicos
ualestudinis defensores & sacrarum Legum antistites
esse oportere. Sunt enim ex illorum numero, qui stu-
dijs suis ira addicūtur, ut nefas esse putent si quicquā
sacraruī literarū illis admisceant, ne scilicet illorū pro-
fessio precarium aliquid habere uideatur. Sed quām
inique sententiā nostram interpretentur facile uidere
licer. Non enim in hoc sum, ut omnibus abiectis stu-
dijs solas sacras literas tractemus easq; nudas, uerum
ut singuli illarū scopū suis studijs præfixū teneant &
ad has oīa sua ceu ad Lydium lapidem studeant pro-
bare. Quæ mea sententia tantum abest, ut artes & lin-
guas tollat, ut confirmet potius & exornet. Quanta
enim iuris Ciuilis maiestas foret, si cum diuinis illis le-
gibus & politia Domini conueniret. Quanta Medi-
cinæ laus cum animarum salute coniuncta? Quanta
omniū artium gloria, si omniū artium fontē & præ-
sidem, spiritū sanctū agnoscerent? Sed unde hæc illis
cognitio? nisi ex sacræ scripturæ oraculis decerpatur?
Quod ut faciant, cum nemo ab illis impeirare possit,
multos uidemus qui omni ætate in legibus ediscēdis-
consumpta, regiā illā legē Christi nimis, animarū no-
strarū salutē & uerum hoīs officiū præscribentē adhuc
ignorant. Alios etiā medicas arteis multo sudore di-
dicisse, corporis sanitatē secutos cū summo animarū
& ueræ salutis dispendio. Qui si huic incubuissent ut

EPISTOLA

Sacrae scripturæ scopo sibi proposito humaniores literas tractauissent, accepissent studiorū suorum fructus minime pœnitendos. Sed quemadmodū illos errare uideamus, ita alij nō pauci sunt, qui in alterā erroris semita declinent. Adeo difficile est humani ingenij habendas moderari, ut modū & uiam mediā retineat: & ferē euenire solet, ut dum uident stulti uitia in contraria currant. Sunt enim quidā nimū quoq; Theologi si modo quis nimium Theologus uocari potest: in hoc certe nimij sunt, qd nudas easq; solas scripturas legendas esse clamitent, utpote in quibus omnis eruditio, philosophia, eloquacia, omnes deniq; arteis contingatur: impiumq; esse iudicant, religionis osorem, iuuentutis pestē, si quis alias quoq; arteis aliaq; studia cum his coniunxerit. Sed nō uident hi homines alias boni et simplices cū Theologia nō pugnare artis reliquas, quin potius hanc esse sponsam illā per se quidem formosissimā, quae in omnia in se possit procurū suorū ornamēta recipere, quemadmodū in ueteris illius Tabernaculi constructione uarij generis materia & aurū quoq; Aegyptiacū adhibebatur. Non enim quisq; est, qui nō egregie possit omniū artiū & studiorū suorum fructus in illius expositione ostentare et exercere nō sine magna gloria. Cōmodissimū igitur, in eo iudicio, videbitur, si reliqua studia cū sacris literis coniungantur, & his quoq; reliquarum artium ornatus accedat. Si enim ueteres illi animaduerterunt philosophiam suam omniū artium cognitionem contineere, quam etiā propterea Cyclopædiam uocauerū: non decet ut nos Christianæ religionis cognitionem adeo

N V N C V P A T O R I A.

ad eō sterilem putemus, cū argumentis certissimis eō
probetur et omniū rerum thesaurū in se contineat. Si
enīm hoc modo oīa inter se mutuo misceantur, ut ad
unum pietatis studium oīa contendāt, euēniei omni-
no ut cōmodissima quædam & nunq̄ satis laudanda
pietatis & eruditioñis temperatura exoriatur, in qua
singulē penē artes reliquarū asperitatē & salebrosam
difficultatem suo lepore mulcētes, studiū pietatis tale
efficiant, qđ uel ip̄is oris admirationi sit. Neq̄
hic indignū esse iudicemus, aut sacrī literis iniuriam
fieri, si prophana (ut illī uocant) studia cum illis mi-
scēt̄ur. Ut eīm nihil à Deo profectū per se prophaniū
est, nisi forte impio hominū abusu prophaneatur: ita
nullæ arteis, quas certissima erga nos diuinæ bonita-
tis argumēta esse constat, prophanae iudicandæ sunt,
nisi nos easdē ab omni religione abalienaras prophā-
nas reddiderimus, quę si rursus cum pietate utra per
fidem incontaminatam coniungantur (ut in Mose,
Daniele, Solomone alijsq̄ quām plurimis factum
fuisse legimus) non minus sanctæ sunt, quām san-
ctissima alia diuinæ maiestatis munera. Cum autem
in omni demonstratione non tanta argumentorum
quanta exemplorum uis sit, quibus ceu oculis ui-
dendum proponitur, quod probare uolumus: pos-
sem sancte multorum hic exempla referre, qui in pri-
mitiva illa Ecclesia cum Christianæ religionis studio
etīā gentiliū scriptorū lectionē coniunxerūt: cuius rei
manifesta uestigia in ipso etiam gentiū doctore Pau-
lo apostolo uidere licet, ut interim de alijs taceā. Hie-
ronymo nimirum, Augustino, Cypriano, Ambrosio

EPISTOLA

& reliquis qui cum pietate summa summā etiam eruditōnē eāq̄ tersam, puram & exactā coniunxerūt. Non aut ignoramus quid nam illud sit, quod omniū maxime à sacrarū literarū studio absterret. Sunt enim delicatuli quidā qui simplex illud, durū, asperū minimeq; fucatū dicendi genus, quo illæ utuntur, horrere solent: cū illis nimirū nihil omnino arridere possit, nisi quod Cicerones, Cesares, Hortēsios & Vergilios redoleat. Ceterū nō uident homines stultissimi, quantum in illa simplicitate decus, quanta in sterilitate hac copia, quanti deniq; sub rudi illo solo thesauri lateāt. Sed optime nunc etiā huiusmodi ingenij prospexerūt Tigurinæ ecclesiæ fratres & symmystæ, imprimis aut L E O noster piæ memorij, & tu colendiss. Theodore, qui multis sudoribus multisq; uigilijs hoc esse cistis ut dictiōis sacræ asperitas Latini sermonis ornatu, quantum fieri potuit, leniretur. Quo uestro labore duas ineprissimorū hominū à Theologiæ studio calumnias depulisti, ipsa nimirū re docētes nec sacris literis suā deesse dicendi copiā, nec easdem Latini sermonis elegantiā respuere. Quanta aut ūcilitate hoc à uobis factū sit, c̄quus Lector facile iudicabit. Quod equidē instituū uestrum etiā nobis huius laboris nostri ansam præbuit. Cū enim honestissimo labori nō deesse uelle, nec tamē satis fore existimare, si alios tantummodo ut studijs suis sacras literas coniungerent, adhortarer, nisi etiā exēplo, quā facile hoc fieri posset, edocerem, Poësin euā, quæ omnibus quā longissime à Theologorū studijs abhorre uideret, quantū per nos fieri licuit, sacrosancto Theologiæ studio accommodare

N V N C V P A T O R I A.

modare uoluimus, ut uel hoc specimine probaremus,
nullā artem, nullū studiū (saltem honestū) tale esse, à
quo sacrae literæ abhorreant. Ne quis aut̄ hoc sinistre
de nobis interpretetur, testamur nos hoc fecisse mul-
torū exemplo tam ueterū quam nostri temporis scri-
ptorū, qui hac re summā sibi laudē meruerunt. Quis
enim Iuuenci, Sedulij & facundissimi Prudentij pios
labores ignorat? Quos etiā hodie multos non infēli-
citer imitari imo etiā superare uidemus. Quid enim
de Eobano nostro Hessio dicā (cuius sine summo do-
lore nunquā recordor propter amicā & incudissimā
quę mihi cū illo fuit familiaritatē) qui Psalterij & Pro-
verbiorū Solomonis interpretatione, quā Elegiaco
carmine complexus est, hoc pr̄st̄tit ut hac mea pr̄fā-
tione omnino nō opus esse uidetur, nisi mulitorum
mihi nota improbitas impelleret? Quis uero te igno-
rat, facundissime Polli, totius Vuestphalię decus, qui
Musas ita cū pietate iunxit, ut nihil his coniunctius
uideri possit? Quid aut̄ de te scribam, suauissime Si-
geli? cui ob nouos illos nobilitatis honores, quibus
te donatū esse nuper accepimus, nunquā non grau-
lor. Meruit enim hos candor ille tuus & sincera pe-
ctoris in amicitijs retinendis constantia, tū Musæ illę
tuę, non spurcę, nō Theoninę, non lasciuę: sed gra-
ues & religiosę. Taceo de reliquis, quos iam hic no-
ster albus habet, ne mihi tēpus citius quā nominum
huiusmodi copia deficiat. His igitur me omnino ad
iungendum esse duxi, nō quod mē infantiam cum
illorum facundissima uena conferendam esse existi-
mem: sed quod satius esse putarem sanctū illū cœlū

EPISTOLA

uel lēto gradu sequi potius, quā inania aliorū studia
securus, omnes illos multis parasangis p̄curreat.

Diu autem mihi s̄ribēdi materiā & dignam & ne-
cessariam inquirenti: luc mihi se tandem labor obtulit,
ut scilicet singulorū, tam Veteris quā noui Testamen-
ti, capiū argumenta breuissimo carmine comprehen-
derem. Quod meum institutū licet difficile, arduum
multisq; in locis impossibile fore uideretur: nō tamē
abstereri potui, & utilitatē hinc emanaturā, et diffici-
lem quidem, in cunctā tamen, ingenij exercitationem
consyderans: maxime uero, quod neminē adhuc ui-
dere licuisset, à quo opus hoc plenissime esset absolu-
tum. Licet enim multi sint qui integros Sacrae scripta
rē libros carmine reddiderint, uel qui aliquot eiusdē
historias breuibus simul et doctissimis numeris com-
plexi sint, omnes tamen ferē à Legis & prophetarum
Scriptis abhorruisse uidentur, quorū allegoriae, uisio-
nes & enigmata uix carminis copiosissimi nedū tam
breuis leges recipiunt. Subiij igitur laborē hunc, non
nistro freru ingenio, quod quam exiguum sit mihi,
satis no 1, sedam icorum et fratrū precibus impulsus,
qui maiora sibi de me, quam ipse poterā sperare, pro-
mittebat: inter quos primus erat C O N R A D V S
P E L L I C A N V S, p̄ceceptor noster colēdis. qui
nunquā rogare destitit, ut & opus inciperē, & incœ-
ptum, cū non omnino infeliciter succedere uideret,
ad finē etiā felicissimum deducerē. Factum est igitur
hoc Dijs (ut spero) bene fortunantibus. Quanquam
nolim asserere cōrumacius, nos nunquā omnino uel
errauisse uel errare potuisse. Homo enim cū sim, nihil
hus

N V N C V P A T O R I A.

humani à me alienum esse puto. At quid nā perinde humanū est, atq; labi & errare, cum idem eriam maximis viris, de religiōe simul & literarū studio optime meritis contigisse videamus? Deinde quæ nam materia quæso erat, in qua & errare facilius sit & errorem deprehendere difficilius, quā in rāto mysteriorū Dei pelago? In hoc enim prudentissimos quosq; nōnum quā errauisse cernimus. Ea enim est mentis humanæ natura, ut nunquā non tenebras ostendat meliori illi naturæ nobis à Deo concessæ. Vnde evenire videamus, ut nonnunquā bonus etiā dormiret Homerus.

Quod autem Carminis uenam attinet, non negamus hanc multis in locis asperiorem esse & delicatis nonnullorum autibus uix tolerabilem: culpam autem propter causas, ut puio, non leues deprecamur. Quis enim nescit multorum nominum diuinorum solum (qualia multa in Hebræorum literis sunt) carmen quoque durius reddere? Accedebat huc ingens ipsarum rerum moles & tania ueborū breuitas, quæ nonnunquam coacta iam argumenti pondus sustinebat. Si enim hæc delicatus simul & dilucidius tractare uoluissem, iam pluribus etiā opus erat uerbis: sic uero non argumentū, sed iustum rerum trationem scribere fuisse uisus. Quare breuitati studiuimus per omnia, quæ & ipsa cōpulit nos crebrius Penthemimeris cæstæ licentia uti, cum scili et sensus obscuritati alio modo subuenire non possemus. Imprimis autem Tetraстиchis usi sumus, quod horum termini mediocritatem quandam referrent, quæ rerum magnitudini simul & sensus breuitati possit sufficere.

EPISTOLA

ficere. Quoies tamē fieri licuit Distichis omnē sum-
mam comprehendimus, ut nimirū iuniorum me-
moriae (quibus hunc laborem non infrugiferum fo-
re speramus.) subueniremus. Rarissime tamen Hexa-
sticha posuimus supra quodammodo necessitate
impulsi: cum nimirū tanta in uno capite rerum esset
varietas, ut quatuor uersibus comprehendi non pos-
set. Ceterū Solomonis Proverbia integra omisimus.
Talia enim pleraq; horum capita sunt, ut certum illis
argumentum præfigi nequeat, singulis nimirū mem-
bris singulas easq; diuersas sententias absoluenteribus.
Si tamen hunc laborem nostrum benigne à sacrarū
literarum studiosis suscepimus, uiderimus, fortassis &
illa & alia quædam ab hoc studio nostro non aliena
& plenius dabimus & copiosius.

Ut uero summarim dicamus omnia: ita hūc labo-
rem accipi uolumus, ut qui pietatis et communis uti-
litatis studio suscepimus sit, quo scilicet omne illud, qd
diuina concessit bonitas, ad Ecclesiæ cōmodum pro-
ferremus, & ut alijs meliora meditandi esset occasio.
Si enim propriam hic laudem uenari libuisset, alia
erant argumenta eaq; quam plurima, in quibus com-
modius multo, facilius simul & fœlicius hoc præstare
licuisset. Verum hisce nostris etiam aliorum animos
excitare uolumus. Non enim me latet, multos esse nō
in Germania modo sed & Gallia & Italia clari no-
minis Poëtas, quibus Musæ faciliores sunt, qui ipsi, si
modo libuissent, hoc opus & suscepissent & absoluissent
multo fœlicius. Verum hoc illos impedire solet,
quod maximis quibusuis ingenijs officit: quæ dum
sibijs

N V N C V P A T O R I A.

sibijs suis nunquam satis faciūt & ad summam quādam in omni studio perfectionem contendunt, interea uel alijs negotijs impediti, uel immaturo prærepti fato, maximi ingenij fructus aut nullos aut exiguos aut imperfectos relinquunt, quod quotidiana nos docet experientia. Cum ergo hi, quorum modo meminimus, moras trahant molestissimas, et nos cupidissimos ingeniorum suorum fructibus fraudent, non opinor mihi uitio uertent, qui scribendi uelocitate ipsos praeuerterim. Nec enim hæc mea æditio illorum contibus obstabit, quin potius clarior illorum erit eruditio et felicitas, si nos & alios in hoc argumēto superarint. Ut enim solis splendor quantus sit hinc colligitur, quod aliorum syderum radios obscureret: ita illorum fama tanto erit clarior, quanto plures sed inferiores sui imitatores habuerint. Tantum enim abest, ut hoc meo opere illorum conatus impedire cupiam, aut hanc mihi materiam ceu propriam uendicare: ut magis uclim et optem multos indies accedere, qui idē hoc argumentū & melius tractent & doctius. Non enim illis modo gloria maior, sed & mihi fructus uberior proueniet: pulchritudine hoc mihi negotiū fœneratum uidebitur, si alios ut cōmodiora his proferat, provocarit. Nec enim adeo angustus est sacræ scripturæ campus ut paucos in se operarios recipiat, sed omniū longe patentissimus, in quē si uel uniuersus mūndus omnes suos labores contulerit, nunq̄, quod omnes isti agant, deerit. Habet enim hic (ut initio monuimus) quod spectet et in quo se exerceat, quisquis Iuris leges amplectitur. Habet hic cōsyderādi materiā Medicus.

E P I S T . N V N C V P .

Habet hic meditandi causam Mathematicus. Non deerit sua Rhetori materia. Nō suam Poëta copiam desyderabit. Nemo deniq; erit, qui nō ingenij sui uires in hac palæstra summo cum fructu & uoluptate uera exercere possit. Interim uero, si quid in hisce nostris desyderatiū fuerit, culpā deprecamur in argu-
mento tā uasto & diffīcili. Quanto enim labore hoc mihi opus constiterit, hi demū iudicare possunt, qui idem illud fuerint aggressi.

Omne uero hoc studium, omnem laborē, omnes uigilias tibi dedicatas esse uolumus, præceptor semper obseruande: & merito. Quis enim magis dignus nunc erat, cui sacræ scripturæ compendiū cōmenda-rem, pr̄ter illū, à quo omnem, quem habeo, scripture sensum accepit? Qualem te esse & agnosco libens, & agnoscere non desinam, utpote qui rudē adhuc, pub-
lice ac priuatim multis iam annis erudieris. Te igitur oro, ut hæc ingenij nostri, perquā exilis, monumenta facilis suscipias: non quod hanc proutis in me meri-
tis gratiam sufficientem esse, aut hoc nomine censer-
uelim, sed ut animi grati & amoris mutui inter nos testimonium sit sempiternum. Deus Opt. Max. faxit
ut & hos & alios fœtus nostros in nominis sui glo-
riam & Ecclesiæ cōmodum æ didisse experiar. Vale
uir clariss. quem Deus suæ Ecclesiæ quam diuissime
seruet incoluim. Tiguri. X. Cal. Mart. Anno
saluus humanæ M. D. XLIII.

ARGUMENTA IN LIBRVM GENESEOS.

In Caput primum.

Condidit è nihilo D O M I N V S mare, sydera, terrā
Et certis fecit legibus ire uices.
Hinc hominem formans illi benedicit, & huius
Imperium pariter cuncta timere iubet.

Cap. 2.

Septima lux D O M I N V M uidit petijisse quietem,
Hec igitur nobis rite colenda dies.
Atq; uiro è terra, formata ex ossibus Eua,
Connubio iunctos hortus amoenus habet.

Cap. 3.

Falluntur primi serpensis fraude parentes
Et mortale trahit crimina dira genus.
Pellitur infelix misera cum coniuge Adamus,
Pollicitisq; D E V S tristia damna leuat.

Cap. 4.

Primus Abel insons fraterno cæditur ense,
Increpuit fratris tam fera facta D E V S,
Coniuge qui ducta terris noua moenia condit,
Seth rursum Eua parit, nascitur hinc & Enos.

Cap. 5.

A prima primi numerantur stirpe nepotes
Ad Noah, qui genuit, Sem, Iaphet atq; Chama.

B

L I B E R

Cap. 6.

Mox genus humanum seducit cœca libido,
Iustitiae titulum cum Noah solus habet.
Præsidio hunc arcæ dum mundum perdat iniquum
Instituit D O M I N U S surripuisse malis.

Cap. 7.

Cœlitus immis̄is pluviis perit undiq; tellus,
Auxilio Domini non perit ipse Noah.

Cap. 8.

Flumina subsidunt, saluam Noah deserit arcam
Sacrificans summo munera sancta D E O.
Pœnitet inde D E V M, nec porrò perdere mundum
Promittit, terris pristina forma redit.

Cap. 9.

Hic mortale genus rursum sibi foedere iungit
Omnipotens, leges & pia iussa ferens.
Ebrius inde Noah sentit ludibria nati,
Sunt benedicti alijs, Cham maledictus erit.

Cap. 10.

Humani generis quæ sit generatio, uel qui
Regnorum fontes principiumue docet.

Cap. 11.

Aedificant cœli scansuram nubila turrim,
Confusis linguis dissipat hosce D E V S.
Hinc qui natales, & qua sit origine natus
Nachorides Abrām, pagina sacra docet.

Cap

GENESIS.

2

Cap. 12.

Deseruit patriam diuina uoce uocatus

Abrām, sed terras mox premit atra famis.

Hic uero Aegypti dum splendida regna subintrat,

Fit Sarai Phario moesta rapina Duci.

Cap. 13.

Loth Abrāmq; simul Chananea in regna reuersi

Mutuo pastorum iurgia crebra uident.

Deserit illum Loth uicinaq; testa subintrat,

Pollicitis D O M I N I denuo gaudet Abrām.

Cap. 14.

Bella parant reges, capitur Loth, liberat Abrām.

Victori Salēm Rex pia dona tulit.

Cap. 15.

Semine promisso D O M I N V S solatur Abrānum,

Seminis hunc pariter fata futura docet,

Scilicet immanni cruciandos pondere seruos,

Quos tamen ē pœnis eripuisse uelit.

Cap. 16.

Sara uxor sterilis cernens incommoda uentris

Abrām cum famula concubuisse iubet.

Concipit illa, suam dominam contemnit, ab illa

Ei scitur, D O M I N O præcipiente reddit.

Cap. 17.

Nomine mutato renouantur foedera, quorum

Præputium sectum symbola sancta gerit.

L I B E R

Venturi sancta dicuntur stirpe nepotes
Abramide, imperium quos penes orbis erit.

Cap. 18.

Excipit humano uelatos corpore Diuos
Abrām, qui hunc partus tempora grata docent.
Cœlitus immis̄is ruituras ignibus urbeis
Deuotis precibus surripuisse studet.

Cap. 19.

Excipit hospitio sanctus Loth numina sancta,
Conflagrant Sodome, Loth pius inde fugit.
At natae uetuli tentant connubia patris,
Idem auus & pater est: Hoc dedit Ebrietas.

Cap. 20.

Nachoridis coniux dum se fert esse sororem
Principis externi facta rapina dolet.
Ast hic in somnis diuino numine doctus
Raptam cum donis restituisse studet.

Cap. 21.

Sæpius à D O M I N O promissus nascitur Isac,
Ejicitur famulæ filius ille prior.
Rex Gerares Phicholq; nouant sua pacta uidentes
Abrām sub D O M I N I uiuere præsidio.

Cap. 22.

Tentat Abrām D O M I N V S, iubet ut pia uictima fiat
Filius, hic parens iussa tremenda subit.
Illa Deo placuit pietas, noua foedera firmat,

Abrām

Abrami frater pignora nata uidet.

Cap. 23.

Tristia defuncte narrantur funera Saræ,

Extinctæ coniux moesta sepulchra parat.

Cap. 24.

Dum pia Abrâm nato querit connubia, seruus

Mittitur ad Bethuel, sponsa Rebecca datur.

Cap. 25.

Coniugibus ductis alijs noua pignora cernit

Abrâm, sed rapuit mors trepidanda scenem.

Abramidum à prima numerantur stirpe nepotes,

Et quæ sunt generis semina prima pij.

Iacide gemini nascuntur Iacob & Esau,

Esau nataleis uendit & alter emit.

Cap. 26.

In Gerares regnum peregrinus commeat Iacob

Et mentitæ nomen nupta sororis habet.

Diuitijs surgit liuor, mox foedera fiunt,

Externis Esau gaudet inesse thoris.

Cap. 27.

Consilio charæ matris benedictus Iacob

Cernitur, est fratri facta repulsa grauis.

Insidias Esau meditatur, iustus Iacob

Consilio matris damna parata fugit.

Cap. 28.

Mittitur ad Laban Iacob, noua somnia cernit

LIBER

Fœdus init D O M I N V S , hic pia uota uonet.

Cap. 29.

Appulit in Charan Iacob, pro coniuge seruit,
sed non que meruit dona laboris habet.
Denuo dum socero seruit, datur inde secunda
Coniux, mox natos, pignora chara, uidet.

Cap. 30.

Nascitur è sterili diuinus coniuge Ioseph
Fallaci à socero Iacob abire parat.
Fraudibus in generum cum Laban utitur, illum
Quo magis opprimitur fata secunda iuuant.

Cap. 31.

A Laban Iacob discedit, mox socer illum
Dum sequitur furti clamitat esse reum.
Fœdera cum tandem post iurgia multa parantur,
Ad patrios tendit latus uterq; lares.

Cap. 32.

Solicitus fratri famulos præmittit Iacob
Dum timet irati ne cadat ille manu.
Sustinet angelicam luctam uictorq; uocatur,
Dicitur Israël, qui modo Iacob erat.

Cap. 33.

Pectore sollicito germanum conuenit Esau
Iacob, & à fratre gratia parta bona est.
Fœderibus factis Esau sua tectare uisit,
Deuenit in Sichem Iacob ibi q; manet.

Cap.

Cap. 34.

Perdita uirginei narrantur uincula pudoris,

Sichem pro stupro præmia sœua tuuit.

Cap. 35.

In Bethel Iacob D O M I N O mandante profectus

Illicitos cultus sustulit ante Deum.

Occubuitq; Rahel, Ruben patris, improbe, leclum

Polluit, Isacum Parca timenda rapit.

Cap. 36.

Narrantur proceres Esau de semine nati,

Sic semper uerax cernitur esse D E V S.

Cap. 37.

Diligitur Ioseph, cui dum noua somnia cernit

Insidias fratrum turbam nefanda struit.

Eripuit Ruben ne tristia fata subiret,

Venditus Aegypti moenia clara petit.

Cap. 38.

Dum rapit incautum ludam male sana libido,

Improbis en propria comprimit ille nurum.

Cap. 39.

Putiphar insignis iuuenum mercatur Ioseph,

Officium curat sedulus ille suum.

Turpis amor dominam rapuit, non paruit ille,

Crimine pro falso uincula dura gerit.

Cap. 40.

Carcere conclusis sapiens sua somnia Ioseph

L I B E R

Exponit, uerum mox quoq; facta docent.

Cap. 41.

A D O M I N O ductus Pharao uaga somnia cernit
A uincis Ioseph soluitur inde suis.
Somnia declarat, regni fit duxtor, & inde
Expectata premis tristia regna fames.

Cap. 42.

Ad Ioseph fratres ueniunt, tentantur ab illo,
Quæ meruit Simeon uincula iusta gerit.
Cetera turba redit portans alimenta parenti,
Euacuant saccos, æra relata uident.

Cap. 43.

Frugibus absumptis redeunt, & Beniamin illis
Est comes, ad fratrem splendida dona ferunt.
Beniamin aspiciens Ioseph flet tristia fata,
Diuite germanos excipit hospitio.

Cap. 44.

Incusat fratres furti, quo cernat amorem
Fraternum Ioseph, repperit esse pios.
Non etenim Iudas uoluit sine fratre reuerti,
Illa placens pietas commoda multa dedit.

Cap. 45.

Fratribus attonitis prodit sua nomina Ioseph,
Solatur uerbis quos stupuisse uidet.
Audijt hæc Pharao, placuit, placideq; remissos
Hunc patrem in Aegypti regna uocare iubet.

Cap.

GENESIS.

3

Cap. 46.

Accipit a DOMINO cœli solatia Iacob,

Inde petit ripas Nile iocose tuis.

Excipit hunc Ioseph, patri noua gaudia surgunt,

Instruit ad Regem qualia uerba ferant.

Cap. 47.

Conuenit Regem Iacob, datur optima terra,

Sed magis insurgens uexat iniqua fames.

Venduntur pecudes agri campiq; domusq;

Aegrotus Iacob proxima fata uidet.

Cap. 48.

Decumbit Iacob, dedit huic sua pignora Ioseph,

Quies et adoptatis fausta precatur auus.

Cap. 49.

Fausta precans natis Iacob uenientia fata

Edocet, hinc moriens regna superna petit.

Cap. 50.

Patria defuncto Iacob monumenta parantur,

Et Pharij proceres funera mœsta iuuant.

Progenitos Ioseph de se uidet esse nepotes,

Abripuit gelidum mors trepidanda scenem.

B 3

LIBER
ARGUMENTA IN
LIBRVM EXODI.

In Cap. 1.

REx nouus exurgit, crescit Iudea propago,
Ob sedis regis pectora liuor edax.
Opprimit insonees durisq; laboribus urget,
Et teneros foetus flumine mergit atrox.

Cap. 2.

Assertor populi Moses in flumine uagit,
Eripitur, laudem hanc filia Regis habet.
Sustulit inde uirum, peregrino iungitur uxor.
Isacide plorante, respicit hosce D E V S.

Cap. 3.

Apparens Mosi D O M I N V S, Pharaona tyrannum
Carnificem populi mox adiisse iubet.

Cap. 4.

Inuitus Moses metuenda negotia tentat,
Firmantur uarijs pectora moesta modis.
Aft iter ingressum, neglectæ cæsio pellis
Impedit, ad fratres nuntia diua refert.

Cap. 5.

Conuenit Regem Moses cum fratre, precatur
Ut patrio liceat reddere sacra D E O.
Impius inde furit crudeli mente tyrannus,
Quo magis hi cupiunt hoc magis ille premit.

Cap.

EXODVS.

6

Cap. 6.

Pacta DEVS renouat, populumq; educere iussit.

Mosaicae numerat semina prima domus.

Cap. 7.

Ad Regem redeunt Aaron Mosesq; rogantes,

Abnuit hic, illi signa tremenda mouent.

Squamigerum sumit Aaronis uirga Draconē.

Flumina purpureo sanguine mixta fluunt.

Cap. 8.

Garrula Niliacos per campos rana coaxat,

Vermibus immundis terra prophana scatet.

Hinc insecta uolant ex uastant impia regna.

Pectore crudeli Rex magis inde furit.

Cap. 9.

Aegypti pecudes populatur feruida pestis,

Et miseros cruciant ulcerata nata uiros.

Procumbunt gelida confractæ grandine messes.

Non tamen hæc Regis pectora dura mouent.

Cap. 10.

Ditia cunctioræ populantur regna locustæ

Et, quicquid frugum grando reliquit, edunt.

Exurgunt tenebræ, nox contegit undiq; terras,

Rex qualis fuerat talis ex inde manet.

Cap. 11.

Hic grauiora DEVS Pharaoni damna minatur

Sumere iudeos mutua uasa iubet.

Cap. 12.

L I B E R

Instituit certo celebrandum tempore Pascha,
Eripitur poenis sanguine sparsa domus.
Et pereunt primi fuerant quæ pignora partus,
Isacide fugient lucida regna Pharos.

Cap. 13.

Sacra iubet Domino fieri quæ maxima natu,
Fermentum cupido tangere dente uetat.
Dicitur Israël intorto tramite, Iosephi
Ossa tulit Moses, dux erat hisce D E V S.

Cap. 14.

Insequitur Pharaon fugientes fortibus armis,
Murmurat Israël dira pericla uidens.
Divisum Pelagus transibant agmina sancta,
Obruitur resfluo gens scelerata mari.

Cap. 15.

Egressi Pelagus hilares epinicia cantant,
In populo murmur flumina amara mouent.
Interto ligno latices sanantur aquarum,
Hic D O M I N V S leges iudiciumq; dedit.

Cap. 16.

Murmurat Israël, operit pia castra coturnix,
Nubigenum populus Man cecidisse uidet.

Cap. 17.

In Raphidim ueniunt, emanant flumina saxo,
In profugos Amelech bella cruenta mouet.
Concurrunt armis, Moses pro gente paterna

Orat,

Orat, eius precibus statq; ceditq; salus.

Cap. 18.

Ad Mosen Iethro natos cum coniuge dicit,
Quæ sim iudicij iura tenenda docet.

Cap. 19.

In Sinai ueniunt montisq; cacumina Moses
Conscendit, D O M I N V S foedera sancta nouat.
Promittit leges & sancti dogmata iuris,
Ad D O M I N I leges se pia turba parat.

Cap. 20.

Eli si crepitant concus s nubibus ignes,
Et claros resonant cornua diuina sonos.
Incisas tabulis D O M I N I dat dextera leges
Et populum terret uox trepidanda D E I.

Cap. 21.

Hic pia per D O M I N V M seruorum iura docentur,
Et quo sit dulcis dignus honore parens.
Quæ ratio cædis, quæ poenæ norma sequenda,
Inscia uel quo sine dama luenda modo.

Cap. 22.

Depositæ ratio, furtorum iura feruntur,
Et mala qua lege persoluenda sient.
Virginitas, sodomia, alieno iniuria facta.
Et uidue D O M I N V S consuluisse iubet.

Cap. 23.

Rumores fugito, noli contempnere rectum,

LIBER

Defendat inopem, munera cœda eadie,
Pauperibus profis, D O M I N O sua munera solue.
Falsos lingue Deos, numina uera time.

Cap. 24.

Firmantur leges Domini, noua foedera fiunt,

Atq; Deo populus uota benigna uouet.

A Domino Moses in montis summa uocatur

Atq; quater denis lucibus usq; manet.

Cap. 25.

Dona petit Dominus, lætos uult esse datores,

Qui sua muneribus sacra iuuare uelint.

Hinc arcam, Cherubim, panes, candelabra, mensam,

Qua fieri cupiat cum ratione docet.

Cap. 26.

Forma tabernacli, uel qua sit rite parandum

Materia et cura discitur hocce loco.

Cap. 27.

Vnigenam signans Christum describitur ara

Hinc atrium ac oleum postulat inde D E V S.

Cap. 28.

Suscipit à D O M I N O prescriptas corpore uestes

Qui solus templi limina sancta subit.

Cap. 29.

Hic diuina subit Supremus sacra sacerdos,

Et discit quo sint hæc celebranda ritu.

Aræ sacrantur primum sancti q; ministri.

Vt D O M I N O p o s s i n t m u n e r a g r a t a d a r i .

Cap. 30.

Ara fit incensi, gratos quæ incendat odores,

E t p o p u l i c e n s u s p a g i n a s a c r a d o c e t .

Hinc oleum sacriq; simul scribuntur odores

Q uæ D o m i n i c u l t u s & p i a f e s t a i n u e n t .

Cap. 31.

I n d i c a t a r t i f i c e s d i u i n o n u m i n e d o c t o r e s ,

V t d o c t o r a D o m i n i p o l l e a t a r t e f a b e r .

S æ p i u s i n c u l c a t , n e s a b b a t a s a n c t a p r o p h a n e n t ,

S c r i p t a D e i d i g i t o L e x u n e r a n d a d a t u r .

Cap. 32.

D u m n i m i s a l t i j u g o M o s e s i n m o n t e m o r a t u r

E f f i n g i t f a l s o s t u r b a r e l i c t a D e o s .

I r a t u s M o s e s d i u i n a u o l u m i n a f r a n g i t ,

F r a t e r n a c e c i d i t g e n s s c l e r a t a m a n u .

Cap. 33.

A u d i t u i n d i c t a m D O M I N I g e n s i m p r o b a , l u g e t ,

S t a n t p r o c u l à c a s t r i s t e c t a r e m o t a D E I .

A l l o q u i t u r M o s e s D O M I N V M p r o g e n t e p a t e r n a ,

H i c o r a t , r e c i p i t t a m p i a u o t a D E V S .

Cap. 34.

C u m t a b u l i s D o m i n i q u o q ; f o e d e r a s a n c t a n o u a n t u r ,

F o e d e r i s & L e g e s e d o c e t i p s e D E V S .

C o r n i g e r o M o s i s r e s p l e n d e t l u m i n e u u l t u s ,

S o l i c i t o p o p u l i c o r d a t i m o r e p a u c e n t .

L I B E R

Cap. 35.

Septima sancti Deo Lux sit, populusq; iubetur

Ad summi cultum munera ferre Dei.

Vestibus adproperant pariter nummisq; reclusis,

Et præbent larga munera sancta manu.

Cap. 36.

Hic prohibet Moses ne munera plura ferantur,

Incipit artificum fingere iussa manus.

Prima tabernacli fulgens structura paratur,

Quam queat astripotens incoluisse D E V S.

Cap. 37.

Aedificant arcam, Cherubim, Candelabra clara,

Quæve sacros panes mensa quadrata ferat.

Aram qua sanctos possint incendere odores.

Hinc oleum Domino sedula turba parat.

Cap. 38.

Artifices uigili studio sua iussa capessunt,

Et faciunt sicut iusserat ante D E V S.

Cap. 39.

Quis portent uestes Domini, pia turba, ministri,

Artifices docta composuere manu.

Cap. 40.

Omnibus ut Dominus præcepit rite paratis,

Ponuntur iusto singula quæq; loco.

Erigitur Domini sedes cum fœderis arca,

Hinc extructa D E V S mox sibi tecta petit.

A R G.

LEVITICVS.

9

ARGVMENTA IN
LIBRVM LEVITICI.

In Cap. 1.

Quo ritu Domino possint holocausta cremari,
 siue ex armento sint ea, siue grege.
 Aut quocunq; modo sit uictima sancta Volucris,
 Hec DOMINI iussu pagina scripta docet.

Cap. 2.

Qui prius è uiuis docuit pia sacra dedisse,
 Nunc docet & sanctas sacrificare dapes.

Cap. 3.

Vi Domino possis dignas persoluere grates,
 Si te fors aliqua iuuerit almus ope,
 Hinc discas: Adipem tibi sit tetigisse prophanum,
 Sanguineos pariter disce cauere cibos.

Cap. 4.

Criminibus diris Domini succenditur ira,
 Iudicis & sequitur iustus in illa furor.
 Ne tamen haec noceant & qua sine lege pianda,
 Discito, si propriæ cura salutis adest.

Cap. 5.

Conscius alterius si quis sit criminis & non
 Indicet, hic peccat, ira pianda Dei est.
 Immundum tangens, uel quisquis iurat inique,
 Hic Dominum simili cum ratione placet.

C

LIBER

Cap. 6.

Publica quo possint purgari crimina ritu,
Quo facienda simul sint holocausta modo,
Hinc quoq; supremus faciat quæ sacra Sacerdos,
Cum primum templi limina sancta subit.

Cap. 7.

Crimina quo purges ritu, quæ gratia danda
Sit Domino, uota hæc siue coacta siet.
Non adipem comedas nec quæ sunt sanguine tintæ.
Vnguntur Domino, mystica turba, uiri.

Cap. 8.

Cum natis Aaron sanctos ornatur in usus,
Atq; aras Moses hic iubet esse sacras.

Cap. 9.

Pro se, pro natis Domino fert sacra Sacerdos,
Et prima altisono domi holocausta D E O.
Imponunt aris pecudes scissasq; relinquunt,
Et flamma è summis nubibus illa uorat.

Cap. 10.

Abstulit incautos Domini uis ignea fratres,
Sacrificis Moses dulcia uina negat.
Esse iubet doctos templi qui munera tractant,
Et quæ sunt illis praemia danda docet.

Cap. 11.

Efuriis dantur discrimina certa ferarum,
Quæ sumptuisse licet, quæue cauere decet.

Cap.

LEVITICVS.

10

Cap. 12.

Quo nam se possit purgare puerpera ritu,

Discito, cui sobolis cura paterna subest.

Si qua marem peperit sit septem immunda diebus,

Bis totidem si fors nata puella siet.

Cap. 13.

Quæ sint signa leproæ, quæ lex seruanda leprosis,

Vatidicis uerbis Lex ueneranda docet.

Cap. 14.

Si lepro (quod mirum fuerit) mundata recedat.

Quiq; modo immundus denuo mundus erit,

Expurges tali redeunia corpora ritu,

Qualem te Moses obtinuisse iubet.

Cap. 15.

Si fluidum manet laxato semine corpus,

Aut sint foemineo menstrua mata gregi.

Non poterit Domini diuina accedere sacra,

Qui non à fluxo semine mundus erit.

Cap. 16.

Quo ritu summus sub uelum intrare Sacerdos

Debeat, æterno hic edocet ore D E V S.

Deniq; quo ritu populi peccata plentur,

Quæ pro delictis uiclima grata cedat.

Cap. 17.

Ad olim cœli Dominum sunt sacra ferenda,

Nec pietas alij facta placere potest.

L I B E R

Abstineas cupidus quamuis a sanguine, non uult
Hanc animæ sedem te tetigisse D E V S.

Cap. 18.

Illicitos prohibet thalamos pia cura tonantis,
Et quæ coniugij sint pia uimula docet.
Incestus fugito pariter pecorisq; uiriq;
Pro tanto immanis crimine poena datur.

Cap. 19.

Iustus honor D O M I N O charisq; parentibus adfit,
Pauperibusq; feras corde benignus opem.
Furta, dolos, iuramentum, mendacia, fraudes,
Scommata, iudicij & scita dolosa fuge.
Scorta caue, ariolos pellas, uenerare senectam
Atq; peregrinum, iusta statera siet.

Cap. 20.

Non cadat idolis, crudelis uictima, natus,
Augurium fugito, dignus honore pater.
Crimen adulterij thalamosq; relinque nefandos.
Si sanctus, quoniam est sanctus & ipse Deus.

Cap. 21.

Sacra Dei tractans non tristia funera ducat,
Et casti subeat uimula casta ihori
Nata sacerdotis non tractet munera scorti.
Non adsint diuis corpora manca sacris.

Cap. 22.

Corpore sit mundus, sit mundus corde Sacerdos

LEVITICVS.

ii

Sit procul à Domini turba prophana sacris.
Quæq; Deo offertur summo sit uictima pura.
Sordida non possunt sacra placere Deo.

Cap. 23.

Hic sacros cœtus populi & solennia gentis
Festa modo quo sunt concelebranda docet.

Cap. 24.

Poscitur hic oleum purum pro lumine sancto,
Et sacros panes composuisse iubet.
Obruitur saxis, diuino nomine abusus.
Aequalis iusta talio lege datur.

Cap. 25.

Telluris requies semper sit septimus annus,
Non falx, non ueniat in tua rura ligo.
Iubila sancta tibi cum quinquagesimus annus
Surgit, non pressus scaenore frater erit.

Cap. 26.

Pollicitis dominus conatur corda mouere,
Ut populus Legis dogmata sancta colat.
Rursus ne Domini sanctissima scita relinquant,
Intonat horrendis dira pericla minis.

Cap. 27.

Vt promissa Deo quis possit reddere uota
Hac tibi postrema parte libellus habet.

C 3

11 LIBER
ARGUMENTA IN
LIBRVM NVMERO=
RVM.

In Cap. 1.

Designat tribuum proceres qui cuncta gubernent,
Ponuntur populi nomina, signa, Duces,
Complentur uirides numerato milite campi,
Et capit electus munera sacra Leui.

Cap. 2.

Iudaici populi dicuntur signa Ducesq;;
Et quo sim tribuum castra locanda loco.

Cap. 3.

Qui Dei obire queant ritus cultu:q; sacratos
Quæritur, è multis eligiturq; Leui,
His redimit populus primu sua pignora partus,
Cetera at argento turbare redempta suo est.

Cap. 4.

Quod Cabath officium sumat, quæ munera Gerson,
Quæq; pius Merari iussa subire queat,
Discito: post etiam quo ritu castra mouenda,
Ne domini uideat sacra prophana cohors.

Cap. 5.

In quibus est Domini sedes, purissima castra
Esse decet, quoniam est purus & ipse Deus.
Zeloty pileges (si forte moribus uxor

Supper

Suspectis fuerit) pagina sacra docet.

Cap. 6.

Qui sacer es Domino uinum contemne, capillos

Produc, ne tangas mortua membra caue.

Deniq; quo felix ritu benedictio danda

Discito, qui placidum numen habere cupis.

Cap. 7.

Rite tabernaclo constructo arisq; paratis,

Huc tribuum proceres munera sancta ferunt.

Cap. 8.

Quoniam sedem poscant candelabra sacra docetur,

Vt radijs lustrent limina sancta suis.

Quo iuuenes ritu deceat lustrare Leuitas,

Officijs etas que tribuenda sacris.

Cap. 9.

Quo ritu & quo sit celebrandum tempore pascha,

Et que pollutis norma tenenda siet.

Alta tenet Domini fulgens tentoria nubes,

Quae uiae & optatae signa quietis habet.

Cap. 10.

Quae populum possint ad iter uel ad arma vocare

Fiunt reddentes classica rauca tube.

In Pharan nubes iubet illos castra mouere,

Et coepit iustus scribitur ordo uiae.

Cap. 11.

Murmurat Izraël Domini quos devorat ignis.

LIBER

Dantur qui Mosen pondera ferre iuuent.
Et cupiunt carnes, Mannæ fastidia surgunt,
Sed grauis à domino poena furentæ uenit.

Cap. 12.

Conuitijs Mosen uexant fraterq; sororq;,
Crimine pro tali est facta leprosa soror.
Denuo mundatur septem semota diebus,
Hac sana populus castra remissa mouet.

Cap. 13.

Mittuntur lecli proceres qui regna pererrent
Promissa, & populo nuntia certa ferant.
Perfida turba reddit, trepidanda pericula narrat,
Mendaces sancto reprimit ore Chaleb.

Cap. 14.

Insurgit populus Dominumq; querendo fatigat,
Pro meritis sequitur poena cruenta Dei.
Tunc prohibente Deo surgentes arma capessunt,
Deuicti turpi dant sua terga fugæ.

Cap. 15.

Sacrorum repetit ritus, ueneranda prophanat
Sabbata, qui saxis obruitur rigidis.
Ne legis ueniat stultis obliuio sacræ
In uestes huius ponere signa iubet.

Cap. 16.

Murmura dura mouet Corah Mosiq; resistit,
Tellus diducto deuorat ore uiros.

Iurgen

*Uirgia cœpta nouant, procumbunt millia multa,
Sic pereat spernens iussa colenda Dei.*

Cap. 17.

*Eligit ē cunctis Dominus qui sacra ministret,
Quiq; sibi placeat signa per apta probat.
Bis senas etenim ponunt ex ordine uirgas,
Signa ministerij uirga Aaronis habet.*

Cap. 18.

*Instituit sacro diuinos more Leuitas,
Et quæ sim illis premia danda docet.*

Cap. 19.

*Quia cineres uaccæ possint ratione parari,
Qui immundos sancto more piare queant.
Immundi qui sint, & quæ sit norma tenenda
Illis, hic sancto protulit ore D E V S.*

Cap. 20.

*Occubuit Miriam, sitiunt & murmura miscent,
Dulcia de uiua flumina rupe fluunt.
Delinquit Moses, Idumæi septa uiasq;
Concludunt, Aaron fata suprema subit.*

Cap. 21.

*Vincitur Isacidum pugnis Chananeus iniquus,
Murmura serpentes promeruere feros.
Auspicijs letis Hebræum concidit armis
Rex Seon, Og simili uictus ab ense iacet.*

Cap. 22.

L I B E R

Iam Moab attingunt Domino ducente ferocem

Rex Balach Hebraeos armaq; dia timet.

Accersit Balaam, tarda qui uetus asella

Accipit à summo iussa colenda Deo.

Cap. 23.

Qui fuit à seuo Moabitare rege uocatus

Isacidum populis ut maledicta ferat,

Ecce dei instinctu sanctis benedicit & optat

Prospexit: sic Dominus perdere uota solet.

Cap. 24.

Iudee rursum cupiens maledicere genti

Pro damnis Balaam fausta precatur iners.

Vatidicis tandem regnorum fata recenset

Verbis, & proprium repetit inde domum.

Cap. 25.

Deceptus populus Moabitas mente puellas

Infami sequitur, mox furit ira Dei.

Scortantem Zimrhim Phinees transuerberat hastis,

Præmia digna capit, nullia multa cadunt.

Cap. 26.

Uacides numerant Moses summusq; sacerdos,

Postquam in desertis occubuere patres.

Inde docet ratio que sit telluris habenda,

Et quo sit cunctis distribuenda modo,

Cap. 27.

Zelophide natæ patris de morte queruntur,

His quoq; telluris portio iusta datur.
 Eligitur Iosue qui tanta negotia tractet,
 Nam Moisen terram crimen adire uetat.

Cap. 28.

Repetit hic certo sanctos ex ordine ritus,
 Ut Domino deceat sacra dedisse docet.

Cap. 29.

Cœtus solennes docet & solennia festa,
 Sacraq; quæ festo sint facienda die.

Cap. 30.

Soluere uota decet, quæ uouit liber ab omni
 Imperio, reliquis debet adesse fides.

Cap. 31.

In Madianitas Domino mandante cruenta
 Arma mouent, ferro diruta quæq; cadunt.
 Virginibus parcunt, cadit omnis fœmina ferro,
 Sorteq; diuiditur terra parata pari.

Cap. 32.

Accipiunt Gilead, Gad, Ruben atq; Manasses,
 Aedificant forti mœnia uasta manu.
 Coniugibus lictis pugnant pro gente paterna,
 Donec & illorum terra subacta siet.

Cap. 33.

Iacidum numerat fortissima castra uiasq;
 Quæis ad promissos arma tulere locos.
 Extirpare iubet Chananæos fortibus armis,

L I B E R

Impia ne semen gens habuisse queat.

Cap. 34.

Debita nunc certo signatur limite terra,
Quiq; illam possint distribuissc uiri.

Cap. 35.

Scribitur hic terræ sanctis pars æqua Leuitis,
Et Deus incautis ponit asyla reis.
Damnamus quis sit, uel quæ sit poena paranda
Huic, qui letifero percutit ense uirum.

Cap. 36.

Ne diuisa queat misceri denuo tellus
Legitimi dantur uincula certa thori.
Coniugiumq; petant tanquam de gente paterna,
Ducaturq; tua è fœmina nata tribu.

A R G U M E N T A I N L I B R V M D E V T E R O N O M I O N.

In Cap. 1.

Proxima iam mortis cognoscens tempora Moses
Ingratis profert talia uerba uiris.
Vos ego deduxi, sed rerum pondere pressus,
Assumpsi qui me talia ferre iuuent.
Promisit terram Dominus, sed murmure patres
Irati poenas promeruere Dei.

Cap.

Cap. 1.

Relliquias Esau, Lothides perdere noli,
 Hos generis iunxit nam tibi lege Deus.
 Sed quia crudeli uæsanus corde furebat
 Rex Seon, hei miserum, fata suprema tulit.

Cap. 3.

Rex Basan Isacidum manibus procumbit et omnis
 Gens pariter misero cum duce cæsa iacet.
 Accipit has sedes Gad, Ruben atq; Manasses,
 Eligitur Iosue, qui pia castra regat.

Cap. 4.

Non mutare licet summi mandata tonantis,
 Qui tibi præ cunctis mente colendus erit.
 Sculptile non facies Domino qui cuncta gubernat,
 Sanguine pollutis signat aſylareis.

Cap. 5.

Marmoreis repetit præcepta inscripta tabellis,
 Ne fors è tardo pectora lapsa fluant.
 Non fert æthereas Domini gens improba uoces,
 Ecce Dei interpres Corniger inde datur.

Cap. 6.

Est unus rerum Dominus nostriq; redemptor,
 Non alios querant pectora nostra Deos.
 Narrate et teneris Domini miracula natis,
 Ut sancta discant querere mente Deum.

Cap. 7.

L I B E R

Nulla prophanorum sancti commercia querant,

Nulla et amicitiae dulcia iura sient.

A domino siquidem seducit perfida turba,

Si turpis queras iura sodalitij.

Cap. 8.

Non cupidus uacui queras alimonia uentris,

Non animo crescat cura prophana tuo.

Omnia dat Dominus qui te seruauit ab omni

Damno, sic illum tu modo rite colas.

Cap. 9.

Esse criminibus cum tu gens obruta saeuis,

Te loca coelipotens duxit in ista Deus.

Non igitur meritis hominum diuina mouetur

Gratia, nec possunt nostra placere Deo.

Cap. 10.

Confractas renouat tabulas et criminia narrat,

Quae poenas populus commeruere graues.

Quae tamen officijs reparetur gratia diua

Edocet, ut Domini iussa tremenda colant.

Cap. 11.

Magnifica ut summi seruent mandata tonantis,

Nec diuos alios perfido honore colant,

Hic prohibet Moses, promittit munera magna,

Horrendis terret perfida corda minis.

Cap. 12.

Externos prohibet cultus, subuertere sacra

Præcipit

Præcipit, æterno non bene facta Deo.
Edocet ut possint Domino pia reddere sacra,
Quis simul illorum debeat esse locus.

Cap. 13.

Qua falsos deceat poena punire prophetas,
Et quicunq; Dei perdere sacra student,
Instituit, quoniam funesta morte luenda
Poena est, qui cultum uult perisse Dei.

Cap. 14.

Externos, Domino qui seruis, defere ritus,
Ne sanctum infames nomen in orbe Dei.
Te dapibus nutri certo discrimine sumptis.
In sacro comedas omnia sacra loco.

Cap. 15.

Debita non poscas properat cum septimus annus,
Atq; mopes prompta disce iuuare manu.
Curato seruos & primi pignora partus,
In sancto comedas mente decente loco.

Cap. 16.

Festa Deo summo semper fac annua soluas,
Et summo discas gratior esse Deo.
Iudicium tibi sit iustum, non munera sume.
Non tibi sit lucus, non simulachra tibi.

Cap. 17.

Vana supersticio semper tibi morte pianda est,
Et quæ iudicij forma tenenda docet.

LIBER

Et pia suscep*ti que nam* sint munera regis,
Vt sanctos ueret nocte diequ; libros.

Cap. 18.

Qua uiuant scribit sancti mercede Leuitæ.

Non sit qui augurijs facta futura canat.

Namque dabit Dominus magnum uerumque prophetam,
Et quis sit falsus scire propheta docet.

Cap. 19.

Hic secura reis incautis ponit asyla,

Ne terra insonti forte crux fluat.

Terminus immotus maneat, si testis iniquus

Quis fuerit, meritis præmia digna ferat.

Cap. 20.

Bellandi que sit ratio, quis nomine dignus

Militis, & quo sint bella gerenda modo.

Qua moderanda siet felix uictoria lege,

Totaque per pugnas turba prophana cadat.

Cap. 21.

Incerto cædes commissa authore pianda est,

Quoque in captiuas lex retinenda docet.

Regula coniugij, genitori natus iniquus

Occidat, è foeda rei jace membra cruce.

Cap. 22.

Errantes fratris pecudes sub tecta reducas,

Non fortis mulier induat arm*am* uiri.

Sis mitis, cædes fugito, sit uestis honesta,

Virgineum

DEUTERONOMION.

17

Virgineum noli commaculare decus.

Virgineum, pereat, si quæ fœdavit honorem.

Turpis adulterij est poena luenda grauis.

Cap. 23.

Turba prophana procūl sacrorum cedat ab aris,

Et quæ castrorum cura tenenda, docet.

Eripito seruos, scortum fuge, fœnus iniquum

Desere, siq; comes post pia uota fides.

Cap. 24.

Quiratione queant fieri diuortia, tradit,

Et quæ coniugij sit pia cura noui.

Pignora fuscipito cantus, non spernit lepram.

Proq; suo merces danda labore cito est.

Crimine pro proprio quisquis sua præmia sumat.

Pauperibus promptam ferti benignus opem.

Cap. 25.

Iudicium iustum sed non crudele tenendum.

Fœdera fraterni iunge relicta thori.

Membra obscena caue mulier, sint pondera iusta.

Contra Amalech semper bella cruenta moue.

Cap. 26.

Primitias Dominus poscit frugumq; meriq;

Et decimas pura mente dedisse iubet.

Cap. 27.

Mons Ebal & Gerim sacras ponuntur ad aras,

De Gerim domini uox maledicta uenit.

D

LIBER

Cap. 28.

Maxim: pro iustis Domini promissa leguntur,

Ne forte illius spernere iussa uelint.

Vtq; Deum nolint sacrasq; relinquere leges,

Horrendis terret perfida corda minis.

Cap. 29.

Fœdera prima nouat Dominus cum gente rebelli,

Et quæ sit pietas religione docet.

Et ne forte Deum linquentes sacra prophana

Instituant, diris territat hosce minis.

Cap. 30.

Quod si peccaris Domino, resipiscere disce,

Hec uia cœlestis sola salutis erit.

En tibi proponit Dominus uitamq; necemq;

Tu modo si cupias uiuere, uiue pius.

Cap. 31.

Proxima fata uidens solertia dulcia miscet

Moses, ex legis uerba colenda docet.

Substituit Iosua populi qui pondera tractet.

Fata rebellantum prædicat inde Deus.

Cap. 32.

Carmina sancta canit Domino mandante prophetæ,

Ingenium laudans iustitiamq; Dei.

Mox iubet hunc Dominus celsum descendere montem,

Promissas terras unde uidere queat.

Cap. 33.

Ut proprijs genitor natis benedicit & optat
 Prospera, sic Moses fata secunda rogat.
 Et uelut altiuolans decantans funera cygnus
 Extremum resonat uoce dolente V A L E,

Cap. 34.

Promissis cupido perlustrat lumine terras
 Moses, sed pedibus non tetigisse datur.
 Deficiens moritur, Dominus parat alta sepulchra,
 Dux Iosue populi sceptrum relicta subit.

ARGUMENTA IN LIBRVM I OSVE.

In Cap. 1.

Accipit Imperium Iosue, solatur & illum
 Omnipotens, forti pectore & esse iubet,
 Commendat sanctas leges, iubet inde parari
 Omnes, ut capiant dutia regna cito.

Cap. 2.

Explorant arma & uires terribilidos altæ,
 Suspectos seruat Rachab amica uiros.
 Quos tereti è summa demittit fune fenestra,
 Hi reduces populo nuntia certa ferunt.

Cap. 3.

Promissis instant terris, & Iordanis alti
 Intortos fluctus iam superare uolunt.

L I B E R

Defluit hinc flumen, montem hinc consurgit in altum,
Hi penetrant sicco per uada cæca pede.

Cap. 4.

Omnibus è fluvio seruatis, transit & arca,
In solitas ripas Iordanis altus abit.

Bis senos tollunt lapides monumenta laboris
Tanti, que uideat symbola posteritas.

Cap. 5.

Impia gens trepidat, peraguntur symbola sancta,
Neglectum Paschan cum pietate colunt.

Man quoq; defecit, peregrino pane fouemur,
Angelus ad Iosua fert pia uerba Dei.

Cap. 6.

Circumeunt duris muros terribilidos armis,
Et resonant graciles classica dira tubæ.

Iamq; ruunt turres, uastantur & omnia ferro,
Et de tot Rachab sola relicta manet.

Cap. 7.

Peccauit populus, quidam mittuntur ad Haim
Qui turpi uertunt terga pudenda fugæ.

Causa latet, querunt sortes, deprenditur Achan,
Obrutus & saxis fur sceleratus obit.

Cap. 8.

Oppugnant Haim, fugiunt, hos milite forti
Urgent, urbs tectis uincitur insidijs.

Rex pendet truncō. Domini mandata leguntur.

Dux

Dux Iosue Mosis dogmata sancta colit.

Cap. 9.

Hic trepidant omnes Domini quia robora cernunt,
Et nimis attoniti dira pericla timent.

E Gibeon ueniunt instructi fraude maligna,
Et seruant astu sc̄q; suosq; lares.

Cap. 10.

Cingitur urbs Gibeon armis, mox liberat illam
Dux Iosue, gelida grandine saxa cadunt.
Sol stetit immotus, pendent ex arbore Reges,
Totaq; nunc armis terra subacta iacet.

Cap. 11.

Insurgunt marij Reges pugnare parati,
Isacidum telis gens scelerata cadit.
Diripiunt prædas omnes, cœduntur ad unum
Enachide: summi Lex fuit illa Dei.

Cap. 12.

Ter deni Isacidum manibus cœduntur et unus
Reges, hic quorum nomina scripta legis.

Cap. 13.

Quæ nondum fuerant, sed erant subigenda, recenset,
Et terram tribubus distribuisse iubet.
Quas Ruben sedes, quæ ceperit arua Manasses,
Quid Gad magnanimus pagina sacra canit.

Cap. 14.

Repetitur qua sit tellus ratione secunda.

LIBER

201

Postulat officijs debita regna Chaleb.
Hic, quia supremi coluit mandata tonantis,
Fortia sublimis mœnia cœpit Hebron.

Cap. 15.

Debita magnanimi pars hic signatur Iudea,
Et quo concludi limite terra queat.
Hinc Chaleb oppugnat Kirian, deuincitur illa
Othoniel manibus, cui simul Achsa datur.

Cap. 16.

Debita quæ fuerat victori portio terræ,
Sortibus en æquis Ephraim acer habet.

Cap. 17.

Accipit à domino fortis sua regna Manasses,
Et promissa Dei sentit habere fidem.

Cap. 18.

In Silo Domini figunt tentoria sacra.
Ignauos Iosue corripit inde viros.
Explorant terras, describunt sortibus æquis,
Beniamidum tribui portio iusta datur.

Cap. 19.

Accipiunt terras Simeon, Dan, Isachar, Aser,
Et Zabulon fortis Nephtalidumq; tribus.

Cap. 20.

Omnibus, ut iustum fuerat, iam forte peractis,
Incautis etiam dantur asylareis.

Cap. 21.

Hic

Hic etiam terræ cedit pars æqua Leuitis,

Nempe ut præcepit distribuisse Deus.

Et sua ludeis Dominus promissa peregit.

Est requies fœbis undiq; parta uiris.

Cap. 22.

Dimittit Iosue Ruben, Gad atq; Manassen,

Vt proprios repetant spe meliore lares.

Aedificant aram, subiti est hæc causa tumultus.

Sed graue dissidium cognita causa leuat.

Cap. 23.

Fata propinqua uidens Iosue solatur, et alti

Admonet ut seruent scita colenda Dei,

Nam uelut hic iustos summo defendit amore,

Sic etiam iniustos perdere morte solet.

Cap. 24.

Dux Iosue morti uicimus conuocat omnes,

Vtq; Deum timeant cum pietate monet.

Fata subit, sequitur defunctum morte facerdos.

In Domini iussis turbæ relicta manet.

ARGUMENTA IN LIBRVM IUDICVM.

In Cap. 1.

Sceptra relicta ferus populi suscepit Iudas,
Cui socias Simeon iunxerat ante manus.

D 4

L I B E R

Inuidunt terras, sed non bene uiribus usi
Seruant, quos dominus perdere præmonuit,

Cap. 2.

Post Iosue iustum peior generatio surgit,
Quæ summi spernit foedera sancta Dei.
Corripit hos dominus bellis armisq; fatigans,
Reliquiasq; feræ gentis habere facit.

Cap. 3.

Enumerat gentes post prælia seu a relictas,
Othoniel populi tristia fata iuuat.
Surgit Eglon seuuus, tacite quem percutit Ehud,
Et magni Samgar prælia mira refert.

Cap. 4.

Rex Iabin insurgit, Sisaræ qui fortibus armis
Hos urgens dura conditione premit.
Debora cum Barach ueniens deuincit inertem,
Foemineaq; cadiis foede tyranne manu.

Cap. 5.

Martia cœlicolæ decantat Debora laudes,
Qui parua uicit robora tanta manu.
Collaudat fortes, timidis conuicia miscet.
Sic pereunt Dominum spernere quotquot amant.

Cap. 6.

E Madian populo surgit uæsana tyrannis,
Eligitur Gedeon qui fera regna premat.
Impia sacra ruit, bello fera classica cantat.

Incertum

Incertum signis roborat inde deus.

Cap. 7.

*Ad pugnas apti tota de gente leguntur,
De gelido si quis flumine lambit aquas.
Exurgitq; uirum clamor sonitusq; tubarum,
Et Madian proprio cæsus ab ense iacet.*

Cap. 8.

*Ephraim infensus Gedeoni est, ille tyrannos
Insequitur, forti quos capit inde manu.
Sustulit hos etiam spolijs ditatus opimus,
Peruertit summi sacra colenda Dei.
Semine multiplici clarus subit ultima fata.
Erigit infames turba scelestæ Deos.*

Cap. 9.

*Hei scelus infandum, fratres à fratre perempti
Iniustas cernunt præualuisse manus.
Increpat hæc Iotham, cui soli est uita superstes.
Sed tamen in populo Rex Abimælech erat.
Crimine qui miseros diraq; tyrannide uexans
Fœminea cecidit cæsus ex ipse manu.*

Cap. 10.

*Thola regit populum, moritur, succedit Iair,
Hoc quoq; defuncto turpia sacra nouant.
Deseruere Deum, uastantur, poenitet illos.
Sed Deus Ammonidas arma mouere facit.*

Cap. 11.

LIBER

Eligitur Iephthe populi qui regna gubernet.

Accipit hic forti sceptra relicta manu.

Contra Ammon pugnat, uictor crudelia uouit,

Hei patrijs uotis nata pudica cadit.

Cap. 12.

Ephraim in Iephthah consurgens tristibus armis

Vincitur, hic moriens fata suprema subit.

Hunc Ibz an sequitur, succedit tertius Elon,

Fortia quos Abdon regna secutus habet.

Cap. 13.

Izrael peccat, consurgunt bella cruenta,

Atq; Palæstina moestia tributa ferunt.

Promissus sterili est Samson genitrice creatus,

Qui regna immitti pondere pressa iuuet.

Cap. 14.

Ecce Palæstina letatur coniuge Samson,

Qui mel de cæso dulce leone rapit.

Fraudibus uxoris sinuosa enigmata soluunt,

Ter denos Samson percutit ense uiros.

Cap. 15.

Eripitur coniux, coniunctis uulpibus inde

Samson hostiles ignibus urit agros.

Ducitur in uinculis, franguntur robore nodi,

Osse asini putris corpora mille iacent.

Cap. 16.

Infelix Samson meretricis captiuus amore

Abſconſum prodiſ robur amore miſer.
 Quem captum proceres effoſſo lumine ducunt,
 Sed moritur muris obrutus atq; uiris.

Cap. 17.

Dum fuerat matri ſublata pecunia furto,
 Inuentam ſummo uouerat illa Deo.
 Reddidit hanc natus, conflatuſ ſculptile, & aram
 Instituunt, iuuenis ſacra Leuita facit.

Cap. 18.

Danite ſedes dum querunt, abdita ſacra
 Inueniunt Michæ, diripiunt q; ſimul.
 Fortia ſecuræ deuauant moenia Lais,
 Tectaq; de proprio nomine dicta locant.

Cap. 19.

In fidam thalam; ſociam ſub tecta Leuites
 Dum retrahit Gibea regna ſuperba ſubit.
 Hi (ſcelus infandum) hanc flagrante libidine perdunt,
 Diſiecta in cunctas mittitur illa tribus.

Cap. 20.

Conuenit Izraël ulturus criminis foeda,
 Inſtruit in fratres Beniamini arma ſuos.
 Bis fugit Izraël, miſeriſ ſed tertia pugna
 Beniamidiſ poenaſ excidiumq; tulit.

Cap. 21.

Beniamidum reliquiſ thalami qui parte carebant,
 Elabes Gilcad raptæ puella uenit,

L I B E R

Siloos aliae dum gaudent ducere saltus,
Beniamidum fiunt chara rapina manu.

A R G U M E N T A I N
L I B R V M R V T H.

In Cap. 1.

D Vra fames surgens Elimælech linquere sedes
Cogit, & infidum suadet adire Moab.
Cum natis moritur, restans Noëmiq; nurus q;
Hec reddit, est illi Ruthq; pudica comes.

Cap. 2.

Ruth abiens flauas in agro collegit aristas,
Et forte affinis uenit in arua Booz.
Excipit hic inopem, uerbis solatur amicis.
Hæc noctu ad socrum fessa labore reddit.

Cap. 3.

Consilium querit Noëmi quo iungere posse
Cum Ruth coniugia foedera sancta Booz.
Illa socrus iussu affinis petit horrea plena,
Et res euentum cœpit habere bonum.

Cap. 4.

Iure propinquorum fiunt noua foedera, quæq;
Affinis fuerat facta marita Booz.
Concipiens peperit natum fœliciter Obed,
A quo Dauidem tertius ordo dedit.

ARG

ARGUMENTA IN
LIBRVM I. SAMVELIS.

In Cap. 1.

Binas Zophides nuptas Helkanatenebat,
Anna cui sterilis charior uxor erat.
Solicitat precibus summum pro stirpe parentē.
Et natum soli dedicat illa Deo.

Cap. 2.

Dedicat, ut uouit, Domino sua pignora uentris
Anna, pias grates pro Samuele ferens.
Improbis infames natos non corrigit Heli,
Quem terret diris ultio sancta minis.

Cap. 3.

Criminibus motus Dominus sua uerba negabat,
(Quæ semper uitijs poena parata fuit.)
Sed Samuel primus diuina oracula sentit,
Ipsi Heli poenas suppliciumq; canens.

Cap. 4.

Arma Palestini renouant, cæduntur incrmes
Iudei, ac arcam in castra uenire iubent,
Affertur, capitur, Heliq; arcæq; ministri
Occumbunt, partu perditur ipsa nurus.

Cap. 5.

Piscigeri arca Dei fertur sub templo Dagonis,
Ficta Dei membris manca figura iacet.

L I B E R . I.

Mittitur hinc in Gath & Ekron, sed quo uenit illa,
Huc etiam Doimni poena cruenta uenit.

Cap. 6.

Hostibus à seuis diuina remittitur arca,
Dum domini poenas prævaluisse uident.
Bethsemen affertur, celebrantur splendida sacra,
Bethsemidis Domini poena cruenta datur.

Cap. 7.

In Kiriath learim peruenit foederis arca,
Et sancti Abinadab sub pia tecta subit.
Admonet Helcanides populum, resipiscere discunt.
Foeda Palæstini dam suæ terga fugæ.

Cap. 8.

Aurea Libertas peperit fastidia genti
Iudææ, & cupidi regia scepta petunt.
Annuit his Samuel Domino mandante, recensens
Quæ lecti Regis iura futura sient.

Cap. 9.

Saul asinas quærens amissas forte parentis
Ad Samuel Domino sic moderante uenit.
Excipit hunc Samuel, Domino dicente futurum
Scit regem, adq; dapes hunc iubet ire suas.

Cap. 10.

Vngitur in regem Saulus, subitoq; reuersus
Redditus è forti rege propheta fuit.
Sistitur ad populum tandem, cunctisq; probatus

Eligitur.

Eligitur, dextra regia sceptra capit.

Cap. 11.

Arma noui Regis dum labes obsidet urbem.

In felix sentit pulsus ab urbe Nahas.

Ammonide pereunt, crescitq; potentia Sauli,

Victori siquidem tradita sceptra nouant.

Cap. 12.

Innocuam Samuel uitam testatur, & illis

Indicat alios iungi munera multa Dei,

Consilium culpat, quo Regi sceptra dedere,

Et monet ut Dominum nocte dieq; colant.

Cap. 13.

Bella Palæstinis infert, tardante propheta

Impatiens tandem Saul holocausta facit.

Irratus Dominus trepidanda pericla minatur,

Non sunt qui faciant ferrea tela fabri.

Cap. 14.

Jonathan hostiles fundit fausto omni turmas,

Qui propria miseri succubuere manu.

Filius in Regis peccat temeraria uota,

Liberat hunc populus, Saul fera castra mouet.

Cap. 15.

Hic Agag immanem cum tota perdere gente

Præcipit omnipotens, prædia, tecta, pecus.

Saul pecorum turmas uiuo cum principe seruat,

Adimit huic regnum, quod dedit ante, Deus.

L I B E R I.

Cap. 16.

Reiecto Saulo Davidem deligit unum
Omnipotens, populi qui pia sceptragenerat.
Improbis infesto uexatur dæmone Saulus,
Quem David cantans carmina sancta fugat.

Cap. 17.

Bella Palestini renouant, stant agmina campis,
Turbatos Golias territat ense uiros.
Deuictum proprio Dauides ense peremit.
Hoc cæso fugiunt agmina tota procul.

Cap. 18.

Ionathan & Dauid fido iunguntur amore.
Fœminei celebrant fortia gesta chori.
Præficitur bellis Dauid, Saul inuidet illi,
Et datur, ut pereat, regia nata tamen.

Cap. 19.

Saul struit infidias Dauidi, Jonathan illum
Seruat, uictori millia multa cadunt.
Obsedere domum, demissum liberat uxor,
Hic fugit, hunc frustra Rexq; suiq; fugant.

Cap. 20.

Jonathan extorrem uerbis solatur amicis
Dauidem, diras Saul struit infidias.
His fidum iungunt fœdus, lachrymisq; rigatis
Postremum dicunt ore dolente V A L E.

Cap. 21.

In Noben ueniens sacratis panibus usus
 Dauid, de sancto suscipit arma loco.
 Sed properans in Gath, hostis cognoscitur, illic
 Seruatur ficto corda furore mouens.

Cap. 22.

A patria pulsus Dauid comingit Adullam,
 Pressorum hunc sequitur turba parata virum.
 Insequitur Saulus, quiq; illum iuuerat ante
 Cum patria & tota gente Leuita perit.

Cap. 23.

Obsessam Ceilan crudeli seruat ab hoste,
 A Saulo Domini quem rapit alma manus.
 Jonathan hunc adiens animat, produnq; Ziphei,
 Consilio Sauli gens inimica nocet.

Cap. 24.

Insidijs pergit coeptis mens sua tyranni,
 Et patriæ patrem fata subire cupit.
 Antra sub ingressum poterat clam perdere Dauid,
 Sed seruat, Saulus foedera fracta nouat.

Cap. 25.

Helcanides moritur. Nabal non debita soluit,
 Quem contra Dauid tela cruenta parat.
 Eripit Abigail, qua gaudet coniuge Dauid,
 Phaltiel in Michol foedera iniqua subit.

Cap. 26.

Turba Ziphæa ducem Dauidem prodit inique,

L I B E R . I.

Hunc sequitur socia Saul inimicus ope.
Regia castra subit Dauides, occupat illos
Sommus, cum posset perdere, uiuificat.

Cap. 27.

Patria cum non det Dauidi terra salutem,
Auxilium fesso terra Gethea dedit.
Inscius at cum rex uastari credit Iudam,
Girsæos Dauid uastat iniquus agros.

Cap. 28.

Bella Palæstini renouant, cum milite Dauid,
In patrios bellum ferre iubetur agros.
Sancta oracula tacent, tentat necromantica Saulus,
Excitus huic Samuel fata futura canit.

Cap. 29.

Dauidem proceres cernunt in prælia ferri,
Non tamen huic firma fidere mente uolunt.
Rex illum inuitus sub propria tecta remittit,
Ne sociam turbet non bene fidus opem.

Cap. 30.

Aduenit in Ziklag Dauid, subuersaq; cernit
Moenia, & in cineres tecta soluta nigros.
Hostiles sequitur turmas, uictoria parta est,
Cumq; opibus magnis præda parata reddit.

Cap. 31.

Pugnatur, fugiunt, proprio cadit ense tyrannus,
Atq; peregrinis dat sua tela Deis.

E Gi

E Gilead ueniunt qui condunt mortua membra,
Iudaici flentes funera mœsta Ducis.

ARGUMENTA IN II. LIBRVM SAMVEL.

In Cap. 1.

Spe uana in Ziklag properat post funera Sauli,
Qui male Dauidi nuncia falsa ferat.
Huc, quem promeruit mendax, occiditur ense.
Lugentur tanti funera sœua Ducis.

Cap. 2.

Principium regni suscepit Dauid in Hebron,
Iſbosæth sequitur cætera turba Ducem.
Bella mouente, iustis Asahel procumbit in armis,
Abner dat turpi terga pudenda fugæ.

Cap. 3.

Dauid habet natos, regni primordia tractat,
A iuuene Iſbosæth perfidus Abner abit.
Et regnum prodit, Dauides excipit illum,
Cui Ioab immani confudit ense latus.

Cap. 4.

Rimmonides Sauli natum crudelibus armis
Conficiunt, propria dum iacet illa domo.
Apportantq; caput truncō de corpore raptum,
Præmia, dum sperant leta, cruenta ferunt.

LIBER II.

Cap. 5.

Eligitur Dauid, qui regna relicta gubernet,
Hic Solimas cœpit per pia tela domus.
Aedificat sedem regalem, prælia miscet,
Bisq; Palestini succubuere Duces.

Cap. 6.

Firmatur regnum, Dominiq; reducitur arca.
Cantantur forti carmina sancta Deo.
Vz aperit moriens arcam quia contigit, audit
Vxoris Dauid uerba petulca suæ.

Cap. 7.

Splendida constituit Dauides ponere templi,
Quæ possit summus incoluisse Deus.
Cœpta Deus prohibet, promittit nobile regnum,
Quod nullo possit succubuisse die.

Cap. 8.

Divitis euincit Dauides regna Philistei,
Hinc Moab & Zoban subiugat atq; Syros.
Pacem orant alij, Domino fert munera sancta,
Et procerum uitas officiumq; docet.

Cap. 9.

Cum nato Sauli quæ fœdera facta fuerunt
Atq; datas dextræ iam meminisse iuuat.
Quæritur è multis Sauli de gente superstes,
Solus at è multis nunc Mephiboseth erat.

Cap. 10.

Ammo

Ammonidum Regi mittens solatia David,
Pro grato officio præmia foeda tulit.
Insurgunt clades, incendia, prælia, pugnae,
Foedi fragi bellis succubuere Syri.

Cap. 11.

Candida quam cernit Davidis membra lauanem,
Hanc uocat, hec ueniens cassa pudore redit.
Accersitus adest coniux, qui regia iussa
Dum spernit, seu fraude peremptus obit.

Cap. 12.

Dira Dei uerbum Davidi fata minatur,
Natus adulterio filius occubuit.
Nascitur hinc Salomon, Iudeo milite Rabba
Vincitur, Ammonide quæ meruere ferunt.

Cap. 13.

Ilicitos ardet peruerso corde sororis
Concubitus Ammon, foedaq; stupra facit.
Absolon incestum fallaci pectore fratrem
Indignans inter pocula plena necat.

Cap. 14.

Exul in externo uiuens procul Absolon orbe,
Consilio fidi mox loab inde redit.
Forma capillorum & uultus describitur oris,
A patre & acceptus qua ratione siet.

Cap. 15.

Absolon expellit patria de gente parentem,

LIBER II.

Et male commota seditione fugat.
Hic fugit, hunc aliquot meliori ex parte sequuntur,
Limquuntur, regi qui noua cuncta ferant.

Cap. 16.

Extorri Regi fert splendida munera Ziba.
In miserum Semei turpia probra iacit.
Absolon electi ueneranda cubilia patris
Polluit, haec animu cæca libido fuit.

Cap. 17.

Consilium querunt, quo possint uincere Regem.
Dissipat illorum coepita nefanda Deus.
Illico mittuntur qui regi nuncia narrent,
Quos tegit astuto foemina cauta dolo.
Occubat Achtophel laqueo sua guttura fractus.
Munera Dauides ex Mahenaim habet.

Cap. 18.

Prælia miscentur, percunt bis nullia denar:
Sic percunt, iustum qui perijsse uolunt.
Absolon infamis confixus cuspide pendet,
Rex nati luget fata cruenta sui.

Cap. 19.

Increpat indignis Dauidem fletibus usum
Dux Ioab, & populum conciliare iubet.
Conueniunt, regem sub regia tecta reducunt,
Et sunt dissidijs semina tactanoui.

Cap. 20.

seb

Sæba nouat partes, conspirant denuo cuncti.

Hinc Amasam tristi conficit ense Ioab.

Oppugnant Abel, quo fugit Sæba rebellis,

Qui capite amissò fata cruenta luit.

Cap. 21.

Dura fames surgit, diuina oracula petuntur.

Expiat & Sauli crimina saeva nepos.

Bella noua insurgunt, Abisai liberat alnum

Dauidem, cui ingens institit ense gigas.

Cap. 22.

Dauidem postquam saluavit ab hostibus alma

Dextra Dei & uite fata quicta dedit,

Carminibus laudat Dominum uerbisq; benignis,

Qui tulit in cuncta sorte benignus opem.

Cap. 23.

Vltima, que dixit, scribuntur symbola Dauid,

Et quibus euexit munera magna Dei.

Iaclytus Herorum magnorum ponitur ordo,

Fortia qui forti facta dedere manu.

Cap. 24.

Hic numerat populum peruerso pectore Dauid,

Et Domini in terras ira cruenta furit.

Pestis atrox miseris nimium grassatur in urbeis,

Conciliant rigidum sed pia sacra deum.

LIBER
ARGUMENTA IN
I. LIB. REGVM.

In Cap. 2.

Confectum senio Dauidem casta puella
Recreat externo membra calore fouens.
Adonias frustra regalia sceptra cupiuit.
Sed qui succedat Rex Solomona facit.

Cap. 2.

Vicinus morti Dauid pia dogmata profert,
Adonias Abisag tentat adire thorum,
Sed moritur tristus seu confoctus ab ense.
Sic moritur Semei, sic moriturq; Iob.

Cap. 3.

Vxoris Pharei Solo mon connubia iungit,
In uetitis domino fert pia sacra locis.
Ingenium prudens poscit, litesq; resoluit
Femineas, populus pectora docta timet.

Cap. 4.

Ennumerat proceres Solomonis, munera quotquot
Publica gesserunt officiumq; uiri.
Qui sumptus regni, que pax optata colonis,
Vt cunctos Solomon uicerit arte uiros.

Cap. 5.

Legatis Hiram missis Solomona salutat,
Pro templo Solomon ligna cedrina petit.

Mittimus

Mittuntur serui qui ligna & saxa pararent,
Cumq; Hira Salomon foedera sancta ferit.

Cap. 6.

Aedificat templum Solomon Rex sumptibus amplis,
Ante quod instituit aedificasse pater.

Apparet Dominus promittens munera magna
Fortunamq; bonam, si sua iussa colat.

Cap. 7.

Describit magni spectanda palatia Regis,
Quam Solomon mira condidit arte domum.
Coniugis inde domus, formantur et omnia uasa,
Quae summo fiume sacra colenda Deo.

Cap. 8.

Exstructam Domino Solomon Rex dedicat aedem,
In sanctam portans uasa sacrata domum.
Inuocat altisoni numen, festumq; celebre
Instituit Domino splendida sacra ferens.

Cap. 9.

Fausta Deus Regi promittit, dogmata sancta
Si seruet, Tyrio dat quoq; dona duci.
Aedificat lapsas urbes, genus omne Philistei
Subiugat, atq; auro puppis onusta reddit.

Cap. 10.

Munera magna ferens uenit Regina Sabea,
Magnificas pompas ingeniumq; probat.
Divitias auri narrat, splendensq; tribunal,

L I B E R I.

Iudei & fuerit gloria quanta Ducas.

Cap. 11.

Fœmineis Solomon deceptus fraudibus amens,

Neglectoq; colit sacra nefanda Deo.

Insurgunt hostes, legitur qui sceptra gubernet
Ieroboam, Solomon fata suprema subit.

Cap. 12.

Scinditur in partes regnum, moderatur Iudam

Rex Roboam iuuenum falsus ab ore miser.

Ieroboam reliquos Domino mandante gubernat,

Hic populo instituit sacra nefanda simul.

Cap. 13.

Impia Ieroboam reprobis dum sacra frequentat,

Horrendis terret corda propheta minis.

Et pia Nubicogæ spernentem iussa prophetam

Admissus rapido diripit ore Leo.

Cap. 14.

Abia decumbit, querunt oracula parentes,

His Abia à Domino fata futura canit.

Ieroboam moritur, Phariae uenere cohortes,

Diripiunt templum, Rex sceleratus obit.

Cap. 15.

Abia post Roboam populi moderamina tractat,

Quem melior sequitur filius Asa patrem.

Cum Baasha lis est qui Ramam condere tentat.

Post Asam losaphat sceptra relista capit.

Cap. 16.

A Zimri manibus Baase genus occidit omne,
Et Zimri propria corruit inde manu.
Amri regna capit, subit hic quoq; tristia fata,
Et patris impurus regna recepit Achab.

Cap. 17.

Dira fames cruciat pluvijs cessamibus orbem.
Heliæ corui fercula grata ferunt.
Hinc adiens Zarphat uidueq; in tecta receptus,
Hanc cibat, huic natum uiuificatq; suum.

Cap. 18.

Helias patriam Domino mandante reuisit,
Hunc Achab immani suscipit ore ferox.
Afferuere Dei cultum miracula missa,
Heliæ manibus turba prophana cadit.

Cap. 19.

Heliæ profugo mortem Regina minatur,
Solatur miserum uox tamen alta Dei.
Ille quater denas uenbris ieiunia luces
Ut tulit, officium ad mox Helisea uocat.

Cap. 20.

Perdere Iudeas conatur Benhadad urbeis,
Bis tamen audaci Marte repulsus abit.
Fœdera iunguntur, Dominus mala dira minatur,
Impia quod seuis fœdera iungit Achab.

Cap. 21.

L I B R . II.

Dum negat infelix Naboth uineta tyranno,
Insens saxorum grandine pressus obit.
Increpat hæc Dominus, Princeps quia corda superba
Deprimit, has poenas suppliciumq; fugit.

Cap. 22.

Hic Achab infamem mendaces ore prophetæ
Decipiunt, uerax uimla Micheas habet.
Coniungunt uires, committunt prælia dura,
Subq; Syro periit milite saeuus Achab.

A R G U M E N T A I N II. L I B . R E G V M .

In Cap. 1.

PRecipiti casu Achasias per tecta uolutus
Externos uoluit consuluisse Deos.
Increpat Helias, cui dum fera uimla parantur,
Deuorat è cœlo flamma cruenta uiros.

Cap. 2.

Flammanti Helias concendit sydera curru,
Officium cuius mox Helisæus habet.
Corrupti per quem fontes sanantur aquarum.
Blasphemos pueros ursa cruenta rapit.

Cap. 3.

In Moab arma mouent coniuncto milite Reges,
Sed premut inflammas agmina tota sitis,

Hatt

Hanc leuat à cithara motus cantante propheta.
Infamis seu perditur ense Moab.

Cap. 4.

Multiplicato oleo mulier sua debita soluit,
Et natum uiuum iam Sunamitis habet.
Dulcescumq; dapes quas herba infecit amara.
Multorum paucis panibus ora cibat.

Cap. 5.

Magnifici Naaman mundatur flumine lepra,
Cui gratis uates munera tanta dedit.
A quo dona petens peruerso pectore Gezi,
Turpiter infecta carne leprosus abit.

Cap. 6.

Ecce natat gelido proiectum in flumine ferrum.
Dumq; uolunt uatem corripuisse Syri,
Omnes Samariae cæci ducuntur in urbem,
Et tanti laudem facti Helisæus habet.
Samaria infoelix duris circundatur armis,
Et premut horribilis moenia clausa fames.

Cap. 7.

Expectata diu promittit pabula uates.
Depulsi à Domino terga dedere Syri.
Datq; cibum Dominus, sed qui contempserat illum
In turpi iacuit turpe cadauer humo.

Cap. 8.

Atra fames surgit, septem quæ durat in annos,

L I B E R . II.

In terras alias cum Sunamitis abit.
Benhadad ægrotat, suscepit regna Syrorum
Hazacl, in Ioram qui sera bella mouet.

Cap. 9.

Vngitur in Regem diuino numine Iehu,
Hic rapit audaci tradita sceptræ manu.
Sustulit hic Ioram, simul atq; Ochosian iniquum.
Et Iezabel fœdi diripuere canes.

Cap. 10.

Cæforum Iehu perdit quoq; pignora Regum,
Posteritas ducibus nulla relictæ manet.
Sustulit hinc statuas omnes harumq; ministros,
Sæuus Iudeis Hazacl arma mouet.

Cap. 11.

Athalia infœlix Regis genus omne peremit,
Vnus er' è tanta stirpe Ioas rapitur,
Ioiada quem seruans committit sceptræ paterna,
Quem meruitq; ferox Athalia ense cadit.

Cap. 12.

Rex Ioas altisoni sedes perituraq; templa
Restaurat, fuerant que male lapsa prius.
Hazacl insurgit, Ioas illi munera mittit,
Seruorum tandem perditus ense iacet.

Cap. 13.

Imperium Joachas suscepit er' Azahel instat,
Sed precibus sanctis desit ira Dei.

Inde

Inde Iosias regnans morientem Helisea uidebat,

Defunctus uates facta stupenda facit.

Hazael occubuit populi crudele flagellum,

Et recipit uictor moenia capta Iosas.

Cap. 14.

Sentit Amasis quod nulla potentia longa est,

Dum uidet arma feri præualuisse Iose.

Dumq; regit fortis uehemens Asarias Iudam,

Ieroboam denas dirigit inde tribus.

Cap. 15.

Hic patre leproso tractat moderamina Iotham,

Zacharias Selli concidit insidijs.

Crudelis Manahem post Sellum sceptra gubernat,

Hunc Phaceah sequitur, Rommalidesq; Phace.

Cap. 16.

Regna Achas accepit, consurgunt aspera bella,

Affyria subiit fœdera stultus Achas.

Instituitq; Deo cultus quos ante Damasci

Viderat, hinc mortis fata suprema uidet.

Cap. 17.

Sæpius admoniti peccant, captiuus Oseas

Captiuo collo uincia pudenda gerit.

Affyrii has habitant sedes, sœuiq; leones

Hos laniant, linquunt quod pia iura Dei.

Cap. 18.

Ezechias summi seruat præcepta tonantis.

L I B E R I I .

Sanherib immanis bella cruenta mouet.
Rapsaces ad populum clamans sonat impia uerba,
Promissis tentans terrificisq; minis.

Cap. 19.

Ezechias trepidat, mittuntur ex impia scripta,
Esaias uerbis pectora moesta leuat.
Angelico hostiles turme ceduntur ab ense,
Sanherib à natis cæditur ipse suis.

Cap. 20.

Ezechias morbo uexatus summa precatur
Numina, que morbos huic pepulere graues.
Inde peregrinis thesauros diuitis auri
Ostentat, uates triflia fata canit.

Cap. 21.

Inclytus Ezechie suscepit regna Manasses,
Terrificasq; mouent numina diua minas.
Hunc sequitur patri similis Rex filius Ammon,
A proprijs seruis qui sua fata tulit.

Cap. 22.

Inclytus assumit male perdis regna losias,
Restituit cultus templaq; sancta nouat.
Absconsam inueniunt legem per secula multa.
Rex pius altisonum consuluisse iubet.

Cap. 23.

Inclyt rex iustus renouat mandata tonantis,
Externosq; pie uastat ubiq; Deos.

Occibus

Occubuit uictus, loachas fert uincula dura.
Dat loachim Phario dona coacta Duci.

Cap. 24.

Assyrius princeps Iudeas obsidet urbes,
Cum natis loachim coniugibusq; capit.
Accepit patriæ Sedechias sceptra ruenis,
Numina qui temnit corde suprema malo.

Cap. 25.

Vrbs capitur, princeps gestat fera uincula, templum
Cum muro & domibus splendida flamma uorat.
Ducuntur capti, Godolias regna recepit,
Qui tandem tectis occidit insidijs.
Rex Euilmerodach tristi de carcere rapto
Iudeo tribuit munera lauta Duci.

A R G V M E N T A I N LIBRVM I. PARA- LIPO MENON.

In Cap. 1.

A prima primi numerantur stirpe nepotes,
A quibus immensus semina mundus habet.
Quiq; gubernarint robustam milite Idumen,
Et qui magnorum coepert ordo Ducum.

Cap. 2.

Inlytus Izrael natorum scribitur ordo,

L I B E R I.

Et quæ Iesse æ semina prima domus.

Cap. 3.

Dauidis natos sancta ex de stirpe nepotes,
Hic breuibus numerat pagina sacra notis.

Cap. 4.

Perlege quos natos genuit robustus iudas,
Et quæ ingens Simeon pignora nata dedit.

Cap. 5.

Enumerat Ruben forti de stemmate natos,
Et quibus hi sedes disposuere locis.

Haggare a tulit gens quorum prælia dura.
Peccantes cernunt fulminis ſœua Dei.

Cap. 6.

Ponuntur sancti sancta cum stirpe Leuitæ,
Officium quorum sanctaq; dona docet.

Cap. 7.

Isachar enumerat natos cum Beniamin acri,
Ephraim immanis Nephthalidumq; tribus.
Magnanimiq; docet primordia clara Manaßis,
Quos generis fontes inclytus Afer habet.

Cap. 8.

Qui numerus fuerit, quas terras Beniamin acer
Cœperit, hæc paucis scripta tabella docet.

Cap. 9.

Qui Solymas coluere domus hæc pagina monstrat,
Quæue Leuitarum maxima cura fuit.

PARALIPOMENON.

34

Hinc genus elati & splendens stemmata Sauli,
Qui primus populi tradita sceptra tulit.

Cap. 10.

Prælia miscentur cœduntur & agmina campis,
Saul propriæ sentit vulnera sua manus.
Arma peregrinis figuntur Regia Diuis,
Cui Gileaditæ mœsta sepulchra parant.

Cap. 11.

Davides legitur, cui sceptra relicta dedere,
Quæ promissi diu tradidit ante Deus.
Dux Iacob ascendit Solymorum mœnia primus
Heroum numerum gestiq; clara docet.

Cap. 12.

Enumerat præceres, cum pulso principe David
Exilium quotquot sustinuere graue.
Quiq; peregrina erranti de gente reducto
In fortē patriæ sceptra dedere manum.

Cap. 13.

E Ciriath Iearim diuina reducitur arca,
Vzæq; non cautare religione perit.

Cap. 14.

Ligna parat David quo Regia tecta struantur,
Multiplicatq; sui foedera grata thori.
Bina Palæstini cum David prælia miscent,
Et bis dant turpi terga cruenta fugæ.

L I B E R I.

Cap. 15.

Regia Dauidis sub moenia dicitur arca,
Dulcisonas uoces cymbala pulsa sonant.
Dauides cithara & sacratis uestibus usus,
A thalami socia spernitur ille sui.

Cap. 16.

Arca suam sedem subiit, qui munera tractent
Sancta, legit princeps, & pia iussa docet.
Facta Dei cantans fortemq; bonumq; fatetur,
Hinc credit in proprios turba remissa lares.

Cap. 17.

Tecta Deo forti conatur ponere Dauid,
Impedit omnipotens non bene copta Deus.
Promittitq; diu mansurum & nobile regnum,
Agnoicit Dauid munera magna Dei.

Cap. 18.

Magna Palestinae & Moabitica regna repressit,
Iam Zoba & fortis fert sua iussa Syrus.
Pacem orat Thohu, bello succumbit Idume.
Quæ procerum fuerint munera iusta docet.

Cap. 19.

Ammonidum mittit Dauid solatia Regi,
Hic turpi missos afficit ore uiros.
Prælia miscentur, succumbunt millia multa,
Et mala crudeles fata tulere Syri.

Cap. 20.

PARALIPOMENON.

35

Rabba cadit, Regis raptam de fronte coronam

In propria David fronte sedere facit.

Bella Palestini renouant diriq; gigantes,

Hi quoq; Dauidis succubuere manu.

Cap. 21.

Dum populi numerum perquirit pectore stulto

Dauides, Domini poena cruenta furit,

Crudeliq; nimis graxatur tormine pestis,

Mulcentur sacris pectora blanda Dei.

Cap. 22.

Vndiq; materies Domini pro sede paratur.

Vndiq; conueniunt, turba perita, fabri.

Hortatur natum Dauid proceresq; supremos,

Vt summo ponant templa sacrata Deo.

Cap. 23.

Hic addicta Deo numerantur turba Leuite,

Quorum scribuntur munera sancta simul.

Cap. 24.

Sortibus hic æquis sacra de gente leguntur,

Qui uicibus tractent munera sacra suis.

Cap. 25.

Qui citharis, fidibus, nablisq; tubisq; sonoris

Decantent summo carmina sancta Deo.

Eligitur ieduthun, Heman, & tertius Asaph,

Qui uicibus certis carmina sancta canant.

Cap. 26.

F 3

L I B E R II.

Constituit David templi quies ianua curæ,
Et qui prudenti lumine cuncta notent.
Et Selomith sacræ thesauros possidet ædis,
Accipit officium cætera turba suum.

Cap. 27.

Bellorum ex pacis proceres numerantur in illa
Parte, quibus rerum tradita cura fuit.

Cap. 28.

Conuocat imperij proceres, et Regia sceptra
Qui gestet post se Rex solomon a notat.
Et Domino hortatur diuinæ figere sedes,
Et fieri possint qua ratione docet.

Cap. 29.

Hortatur rursum Domini ne iussa relinquant,
Et summo statuant splendida templa Deo.
Munera dant proceres, laudantur numina sancta,
Et Solomon patris sceptra relicta capit.

A R G U M E N T A I N L I B R V M II. P A R A- L I P O M E N O N.

In Cap. 1.

Imprium crescit sceptrum Solomone tenente,
Qui petit à summo pectora docta Deo.
Divitias Solomon populum largitur in omnem,

PARALIPOMENON.

36

Et uenit e Pharia gente uocatus eques.

Cap. 2.

Mittitur ad Tyrium splendens legatio Regem,

De Libano lignum saxa uirosq; petens.

Vota ualent, dantur lignum, lapidesq; uiiriq;

His Solomon prudens uina cibosq; dedit.

Cap. 3.

Extruitur templum, Cherubim, teretesq; columnæ

Vndiq; inaurate gemma cedrusq; nitent.

Cap. 4.

Quæ templo possint inseruire, aurea uasa

Ingenio, & mira fabricat arte faber.

Cap. 5.

Arca Dei fertur Domini sub splendida tecta,

Et Domino sacræ rite locantur opes.

Sacrificant Domino, decantant carmina sancta,

In templum uenit gloria magna Dei.

Cap. 6.

Dedicat extructam Domino Rex inclitus ædem,

Et summi celebrat numina iusta Dei.

Inuocat hunc unum, quem trito corde precatur,

Vt sinat oblatas posse ualere preces.

Cap. 7.

Victima multa cadit, celebratur nobile festum,

In proprios redit turbare missa lares.

Apparet Dominus Solomoni, munera magna

LIBER II.

Promittit, populus si sua iussa colat,

Cap. 8.

Collapsas reficit subuersis moenibus urbes,

Hostiles Solomon subiugat inde uiros.

In noua tecta subit coniux, sacrisq; ministri
Inuigilant, aurum fert peregrina ratis.

Cap. 9.

Munera magna tulit gentis Regina Sabeæ,
Et Regis nimia dinumerantur opes.

Extruiturq; noua resplendens arte tribunal,
Magnificus tandem Rex sua fata subit.

Cap. 10.

Consilio Roboam iuuenili regna paterna
Diſſipat in partes diſſidiumq; trahens.
Elapsusq; fuga Solymorum tecta subintrat,
Hadoram saxis reprobat turba necat.

Cap. 11.

Arma mouet Roboam, reuocant hunc numina cœli,
Vrbibus euersis moenia celsa nouant.

Confluit ad Solymos muros pia turba Leuitæ,
Rex Roboam natos multiplicatq; thoros.

Cap. 12.

Elatus Domini Roboam dum iussa relinquit,
Niliacus forti milite uenit eques.

Diripiunt templum, & thesauros diuitis auri,
Defunctus Roboam tristia fata subit.

Cap.

Cap. 13.

Abia magnanimi regnum suscepit Iudeæ,
Ieroboam quo cum bella cruenta mouet.
Abia dum Domino confidens prælia miscet,
Ieroboam turpi clade repulsus abit.

Cap. 14.

Aſa Dei cultum diuinaq; ſacra reformat,
Consilio renouat moenia lapsa pio.
Impia & Aethiopum repreſſit fortiter arma,
Dum mouet altisoni prælia dura manu.

Cap. 15.

Hic iubet altisoni uates perquirere mentem,
Sedulo Rex munus perficit Aſa ſuum.
Victima multa Dei sanctas procumbit ad aras,
Et matris tollit ſacra pudenda ſuæ.

Cap. 16.

Cum Baala lis eſt, qui Ramam condere tentat,
Aſa Syri querit foedera iniqua Ducis.
Arguit hoc uates, monitis qui uimla meretur,
Aegrotus Domini non petit Aſa manum.

Cap. 17.

Magnanimus sumit Iosaphat pia ſceptra parentis,
Qui populum Domini iuſſa colenda docet.
Huncq; timent omnes, mittuntur munera magna,
Militie numerat pagina ſacra Duces.

Cap. 18.

L I B E R . II.

Decipiunt uates coniunctos foedera Reges,
Quod cecinit uerum uimla Micheas habet.
Praelia niscentur, uxani uiscera Regis
Perforat hostili missa sagitta manu.

Cap. 19.

Quod losaphat sœui coniunxit foedera Regis
Vatidico reducem corrigit ore Deus.
Pœnitet hunc, lapsos cultus pietate reformat
Iudicij instituens scita uerenda pijs.

Cap. 20.

En Moab arma mouens proprijs deuincitur armis,
Quod fecisse piæ sic ualuere preces.
Vndiq; pax ridet, losaphat male peccat iniquus,
Achasiae subiit quod mala pacta mali.

Cap. 21.

Defuncti losaphat suscepit regna Ichoram,
Cui male fraterno dextra cruore madet.
Surgit Idumeus, dat prælia dura Philisteus,
Rex morbo præssus fert sua fata graui.

Cap. 22.

Rex Ochosias habens regnum dum foedera querit
Ioræ, cum socio concidit ille miser.
Athaliae manibus cæduntur pignora regis,
Et Ioan à læto surripit alma soror.

Cap. 23.

Clara los sumit tribuit que sceptræ Sacerdos,

Athaliæ

PARALIPOMENON.

38

Athalia ex merita morte necata iacet.
Deuastant Baalim, delapsaque; sacra nouantur,
Et iusti accipiunt splendida iura loce.

Cap. 24.

Collapsum renouat princeps sub Ioiade templum,
Ioiada contingit fata suprema senex.
Hinc loas altisonum linquit, cæditque prophetas,
Crudeles, uastant impia regna Syri.

Cap. 25.

Sumit Amasis regalia sceptra parentis
Fortis Idumæi regna cruenta præmens.
Dum tamen elato se tollit corde superbus,
Contemptum sentit præualuisse loam.

Cap. 26.

Vzias populi collapsas extruit urbeis,
Inque; Palæstinos arma cruenta mouet.
Sed nimio quoniam successu pectora tollit,
Arrodit turpis corpus mane lepra.

Cap. 27.

Suscepit patris Iotham pia regnaleprosi,
Qui sancto Domini pectore iussa colit.
Ammonidas uincit, dat prospera fata Supremus,
Et facit ut clarum nomen in orbe siet.

Cap. 28.

Regna Achas accepit Domini pia dogmata spernens,
Cumque; Syris atrox Ephraim arma mouet.

LIBER II.

Liberat & captos diuina uoce prophetes,
Assyriæ querit foedera stultus Achas.
Surgit Idumeus, Chananaeaque bella mouentur,
In cœpta princeps impietate manet.

Cap. 29.

Inclytus Ezechias diuina uoce Leuitas
Conuocat, & templum purificare iubet.
Hinc sanctos Domini cultus & sacra reformat,
Pro rege & populo uictima crebra cadit.

Cap. 30.

Pascha celebratur cunctaque ex more uocantur.
Contemnit legem turba prophana piam.
Sed multi uenient Domini pia sacra colentes,
Et ritus celebrant cum pietate sacros.

Cap. 31.

Confringunt statuas, subuertunt impia sacra,
Et solitum munus rite Leuita subit.
Dant decimas sanctas & debita munera templo,
Quas princeps digne distribuisse iubet.

Cap. 32.

Obsidet immanis timibunda Sanherib urbeis,
Sed Domini & natum concidit ense miser.
Rex pius ægrotat, sanatur, corda superba
Tollit, at admonitus dogmata sancta colit.

Cap. 33.

Impia dum celebrat crudelis sacra, Manasses

Capit*lin*

PARALIPOMENON.

39

Captiuo meruit uincula ferre pede.
Adiuuat abiectum supremi dextra tonantis.
Ammon seruorum cæsus ab ense iacet.

Cap. 34.

Impia subuertit diuinus sacra losias,
Collapsi templi sartaq; tecta nouat.
Inueniunt legem, legitur, queruntq; prophetam,
Et cantat Regi fata futura Deus.

Cap. 35.

Diuinum celebrant sancto cum principe Pascha.
Et subiit sanctus munera sancta Leui.
Cum Rege Aegypti dum miscet bella losias,
Hei miscrum, diro uulnere succubuit.

Cap. 36.

Captiuo princeps loachas fert uincula collo,
Assyrio loachim præda parata Duci est.
Nato etiam capto Sedechias peccat iniquos.
Assyrii patriam templaq; sancta ruunt.

ARGUMENTA IN LIBRVM EZRAE.

In Cap. 1.

Quæ prius exilio fuerat multataq; uincis
Gens, patrias repetit sive meliore domus.
Hoc opus est Cyri, qui ditia munera præbet,

LIBER

Ut summo ædificant templo sacrata Deo.

Cap. 2.

Enumerat, quotquot peregrina è gente reuersi

Ad patriæ letos regna tulere pedes.

Pro templo & sacris splendentia dona feruntur,

Hic reduces patriæ tecta relicta colunt.

Cap. 3.

Inclita nubicogè sacrorum ponitur aræ,

Et patriæ sacro terra crux madet.

Primaq; ponuntur sancti fundamina templi.

Cum fletu & lachrymis gaudia mixta sonant.

Cap. 4.

Fraudibus obturbat coeptum Gens impia templum,

Iudeas postquam crescere uidit opes.

Credulus effictis scriptis Rex fallitur, & mox,

Incoeptum prohibet ne bene surgat opus.

Cap. 5.

Cessantes sancti diuin i uoce prophetæ

Hortantur, coeptas continuare domus

Incipiunt rursus: Dario litera missa

An coeptas liceat continuasse rogat.

Cap. 6.

Permittit Domini Darius condere templum,

Hoc mirè surgit prosperitatis opus.

Quod Domino cœli deuota mente dicatur,

Et Paschæ repetunt sacra remissa diu.

Cap.

Cap. 7.

Ezra petit patriam à Persarum principe missus,

Vt summi doceat scita colenda Dei.

Munera scribuntur Iudee tradita genti,

Vt summum placere cum pietate Deum.

Cap. 8.

Qui secum patrie subierunt tecta recenseret

Ezra, uocans sanctum sub sua tecta Leui.

Hisq; uie morem comittit & aurea uasa,

Hi Solymas tuto mox subiere domus.

Cap. 9.

Impia Iudei reduces connubia querunt,

Dum subit externos turbare remissa thoros

Displicet hoc iustis, referunt qui crimen ad Ezram,

Hic summum sancto mox rogat ore Deum.

Cap. 10.

Impia Iudei Domino delicta fatentur,

Cumq; Deo patrum foedera sancta nouant.

Cumq; peregrinis connubia facta resoluunt.

Iratum placant splendida sacra Deum.

LIBER
ARGUMENTA I.
LIBRVM NEHEMIAE.

In Cap. 1.

Conterit in lachrymis Nehemias tempora mo-
Quod patrie cœptum surgere cesset opus,
Turpia cunctisono populi delicta fatetur,
Cuius deuota mente precatur opem.

Cap. 2.

Hic datur afflito Nehemiae copia, ut urbem
Aedificet patriam, mœnia & alta locet.
Collapsos renouat muros portasq; patentes.
Inuidiam solitam turba prophana nouat.

Cap. 3.

In patriam reduces iudei mœnia figunt,
Et lapsas reparant spe meliore domus.
Urget opus cœptum Nehemias omne fausto,
Singula qui quo sunt ordine facta docet.

Cap. 4.

Impedit inceptum nunc Gens uicina laborem,
Dum nimis Hebreas crescere cernit opes,
In cœptis pergunt Neemia cuncta regente.
Nunc hostes arcent, nunc noua tecta locant.

Cap. 5.

In felix populum iudeum uexat egestas,
In proceres tollunt pectora dira suos.

Com

NEHEMIAE.

41

Compescit querulos Nehemias uoce benigna,
A populo tenui nulli tributa petens.

Cap. 6.

Insidijs proceres Nehemiam perdere tentant,
Ficta cui mendax uerba propheta canit.
Et licet à multis mendacia scripta legantur,
Illa tamen coeptum non remorantur opus.

Cap. 7.

Censetur populus totus pariterq; Leuitæ,
Qui templi subeant munera sancta noui.
In templum à Ducibus splendentia dona feruntur.
Incolit extrectas cætera turba domus.

Cap. 8.

Scenarum à populo celebratur nobile festum,
Confluit ad Solymas turba uocata domus.
Ezra Librum profert Domini pia iussa docentem,
Et populo attento dogmata sancta legit.

Cap. 9.

Conueniunt rursum, diuinaq; iussa leguntur,
Et Domini sancta uoce precantur opem.
Agnoscent Domini uirtutem & seuia fatentur
Crimina, & his ueniam supplice uoce rogant.

Cap. 10.

Fœdera sancta nouant populo cupiente Leuitæ,
Ut Dominum atq; huius dogmata sancta colant.
Hinc templo decimas & debita munera soluunt,

G

LIBER

Et cultus gaudent restituisse pios.

Cap. 11.

*Qui Solymas coluere domus hic pagina sacra
Enumerat, reliquis dant sua tecta simul.*

Cap. 12.

*Enumerat reduces peregrina è gente Leuitis,
Et summo laudes qui cecinere Deo.
Et Domino cœli iam moenia facta dicantur,
Officiumq; facit cetera turba suum.*

Cap. 13.

*Externos pellunt, Domini ne sacra frequentent.
Templi thesauros area certa capit.
Sabbatha sanctificat, gemis connubia tollit
Impie, & altisoni perdita iura nouat.*

ARGUMENTA IN LIBRVM ESTHER.

In Cap. 1.

*S' plendida munifici narrat conuiua Regis,
Imperio cuius subditus orbis erat.
Reijcit imperium Regis Regina uocata,
Exuitur sceptris, exuiturq; bonis.*

Cap. 2.

*Altera Rex mitis rursum connubia querit,
E multis Hester uirgo pudica placet.*

ESTHER.

42

Infidei sunt, Mardochaeus indicat illas,
In tristi pendent perfida membra cruce.

Cap. 3.

Rex Haman indignum magno ueneratur honore,
Omnia & illius subiicit ante pedes.
Non colit hunc solus Mardochaeus, pectore diro
Iudeos uoluit perdere seuus Haman.

Cap. 4.

Insidias structas Mardochaeus indicat Hestri,
Et rogat ut Regis copta tremenda leuet.
Vix tamen hec trepido promittit corde salutem,
In cinere & sacco gens miseranda iacet.

Cap. 5.

Pectore sollicito sed non tristi omne Regem
Conueniens Hester fercula ad alma uocat.
Atq; Haman inuidia motus mox erigit altam,
In Mardochei tristia fata, crucem.

Cap. 6.

In Regem Mardochei benefacta leguntur,
Quem Rex pro merito iustus honore colit.
Seuus Haman cernens inimici splendida fata
Regales adjit corde dolente dapes.

Cap. 7.

Hic epulas inter Regi pia detegit Hester
Insidias, populo quas male struxit Haman,
Mox Haman infelix ligno suspenditur alte

G 2

PROPHETIA

In Mardochei ligna parata necem.

Cap. 8.

Impij Hamæ recipit Mardocheus splendida testa,
Et iam magnifico clarus honore sedet.
Scriptaq; in Hebræos reuocantur tristia iussa,
Fataq; pro duris prosperiora uident.

Cap. 9.

Perduntur quotquot Iudeam perdere gentes
Insidijs & ui constituere prius.
Perfidi Hamæ pendent funesta ex arbore nati.
Iudei festum grataq; sacra parant.

ARGUMENTA I PROPHETIAM ESAIAE.

In Cap. 1.

Ingratæ culpat Iudeæ criminæ gentis,
Et Dominus dederit quot benefacta, refert.
Respuuit hinc gentis, quæ dantur, sacra prophæ,
Et Domini pœnam iam properare monet.

Cap. 2.

Inclita Messiae decantat Regna prophetæ,
Et patriæ gentis criminæ dura notat.
Culpat auaritiam, fastum moresq; superbos.
Hinc Idolorum tristia fata canit.

Cap. 3.

Iniustis Dominus crudelia damna minatur,
 Bella, famem, morbos iudicijq; diem.
 Fœmineos taxat mores uestesq; superbas,
 Et que sit tandem poena futura monet.

Cap. 4.

Tristibus occumbet bellis gens tota uirorum,
 Vnus uix multis inde maritus erit.
 Mox tamen à poenis promittit tempora leta,
 Et summi foedus auxiliumq; Dei.

Cap. 5.

Denotat ingratæ peccatum VINEA gentis,
 Et meritum finem suppliciumq; docet.
 Increpat iniustos, uiriosos, damnat auaros,
 Et quotquot Domini spernere uerba solent.

Cap. 6.

Apparet Vati Dominus, mittitq; uocatum,
 Ut populo infido tristia fata canat.
 Indurat miseros, Domini qui dogmata spernunt,
 Ut poenas capiat gens male fana suæ.

Cap. 7.

Horret Achaz bellum tristi formidine raptus,
 Hunc Vates forti corde timere uetat.
 Impius haud credit, dat signum nobile, poenas
 Indicat, et factis præmia digna suis.

Cap. 8.

Impia Iudeæ reprehendit foedera gentis,

PROPHETIA

Et Domino sancta fidere mente iubet.
Sunt etenim Regum conatus semper imanes.
At Deus est, a quo prouenit alma salus.

Cap. 9.

Ostendit poenas horum, qui foedera querunt
Impia. Mox Christi regna futura canit.
Crimina describit, quae summi corda tonantis
Ad meritas poenas iudiciumque uocant.

Cap. 10.

Corrigit iniustos et tristia damna minatur.
Principis Assyrii facta superba notat.
Reliquijs blanda promittit uoce salutem.
Ulrici elatos conteret ense Deus.

Cap. 11.

Ingenium, mores, naturam et tempora CHRISTI
Imperium, leges iudiciumque canit.
Depositis pugnis, positisque; ferocibus armis
Vndiq; collectos Pax reget alma uiros.

Cap. 12.

Hostibus erepti Domino pia carmina cantant,
Et summi celebrant splendida facta Dei.
Virtutem laudant, grates sancto ore fatentur,
Deponunt curas tristitiamque; grauem.

Cap. 13.

Quae populum Domini uexant Babylonia regna,
Horribilem poenam, quam meruere, ferent.

His Deus immittet telis crudelibus hostem,
Agrestesq; colent tecta superba feræ.

Cap. 14.

Ereptum uinculis uates solatur ludam,
Atq; hostis casus exitiumq; docet.
Insultat uicto, iam tartara nigra petenti.
Inde Palæstini tristia fata canit.

Cap. 15.

Tristia diuitibus Moabitis damnare censet
Cum luctu & lachrymis excidioq; graui.
Pauperiem duram, casus miserosq; dolores,
Vincendisq; canit prælia dura uiris.

Cap. 16.

Enumerat causas Moabitis seuq; facta,
Propter quæ Dominus perdere regna uelit.
Perfidiam culpat, mores condemnat iniquos,
Diraq; non tarde fata uenire monet.

Cap. 17.

Fortunam Syriæ cantat, casuraq; regna,
Quod Domini fortè non timuere manum.
Iudeosq; docet Domino confidere soli,
Utpote, quos hominum foedera nulla iuuent.

Cap. 18.

Aethiopum narrat nigrorum fata prophetes,
Quæis tunc Iudeus foedere iunctus erat.
Et docet his cæsis nullam spem foederis esse,

PROPHETIA

Sed soli sancta fidere mente Deo.

Cap. 19.

Aegypti cladem describit et horrida fata,

Quam neq; uir sapiens, nec simulachra iuuent.

Læta etiam narrat uenientis tempora C H R I S T I,

Gentibus hic cunctis foedera sancta dabit.

Cap. 20.

Tempora describit, queis fortia regna peribunt

Aethiopum, pariter Niliaceq; domus.

Cap. 21.

Subuertenda canit rursum Babyloniar regna,

Nec fore qui fatis eripuisse queat.

Fata manent etiam miserae crudelia Idumen,

Et damna accipiet tristia diues Arabs.

Cap. 22.

Prædictit misere Solymorum tecta ruenda,

Et quod spes miseris nulla relicta siet.

Incusat uitam, et pietatis nescia corda,

Et quæ sunt Sohnæ perfida coepita docet.

Cap. 23.

Diuitibus cantat Tyrijs crudelia fata,

Quæ fastu et uitijs promeruere suis.

Inde tamen miseris tandem meliora canuntur,

Per quæ sit primus restituendus honor.

Cap. 24.

Qui uarias cecimis gentes diuersaq; fata,

BHV

Nunc pariter cunctis fata futura canit.
 Delinquent omnes & crimina foeda sequuntur,
 Ergo omnes poenas, quas meruere, ferent.

Cap. 25.

Digna Deo summo decantant Carmina sancti,
 Qui sorti fregit corda superba manu.
 Sanctorū spes est, DOMINVS: Moab impius illum
 Sentiet, & poenas pro impietate dabit.

Cap. 26.

Solatur sanctos, qui dura pericla subibant,
 Firmiter ut Domini dogmata sancta colant,
 Infractamq; fidem seruent, non defore lætum
 Finem, nam reddet præmia leta DEVS.

Cap. 27.

Dannatur Satanas, dannatur & impia turba,
 Sanctorum magno surgit honore salus.
 Mitia & afflictis præbet solatia, gentes
 Ad Domini Leges templaq; sancta uocat.

Cap. 28.

Digna decem tribubus prædicti fata prophetes,
 Illorum fastum cum ebrietate notans.
 Culpat Doctores falsos & dogmata falsa,
 Hinc Domini leges consiliumq; docet.

Cap. 29.

Affligenda canit Solymorum mcenia Vates,
 Quod Dominum falsa religione colant.

PROPHETIA

Et fore spem uanam cui tunc fidem habere solebam.
Et sunt sanctorum gaudia quanta docet.

Cap. 30.

Quotquot ab Aegypti spem querunt fortibus armis
Increpat, et Dominum consuluisse iubet.
Impia turba cadet, Deus at sua iussa colentes
Eripit, inde hostes tristia fata manent.

Cap. 31.

Niliacas oras peregrina relinquit regna,
Non uos Aegypti tela iuuare queunt.
Vnus enim Deus est, sanctam qui liberat urbem.
Excidio tristi corruet Assyrius.

Cap. 32.

Judicium iustum floret sub principe iusto,
Crimibus falsis nec locus ullus erit.
Hinc Dominus rursum sed paruo tempore punit,
Mox pax, mox rursum ius pietatis reddit.

Cap. 33.

Obruet insanem fatum miserabile, quisquis
In Domini gentem sustulit arma ferox.
Gaudebunt sancti, uitæ solatia cernent,
Assyrii misere cum periere Duces.

Cap. 34.

Inmerito Domini genecm qui ledere tentant,
A Domino facti præmia digna ferent.
Perdcentur misere tota cum gente tyranni.

Incoleat euersos bellua dira lares.

Cap. 35.

Solatur miseris melioraq; fata recenset,
Tristia nempe suas sum habitura uices.
Si tamen hæc aliquis referat sub tempora CHRISTI,
Hunc certa duci cum ratione putem.

Cap. 36.

Sanherib immanis Iudeas obsidet urbes,
Ezechiae mittens nuncia dira pio.
Impia profatur scelerato Rabsaces ore,
Præmia nunc resonat, nunc resonatq; mina.

Cap. 37.

Ezechias metuit, crudelia scripta feruntur,
Sed timido Vates gaudia leta canit.
Angelus immissus saeuos interficit hostes.
Natorum infelix Sanherib ense iacet.

Cap. 38.

Morbus in afflitti grassatur corpora Regis,
Nunciat & mortis tempus adesse Deus.
Flet Rex & lachrymis exorat numina sancta,
Et uitæ adduntur mox tria lustra nouæ.

Cap. 39.

Legati ueniunt, Thesauros diuitiis auræ
Ostentat princeps diuitiasq; suas.
Huic Deus indignans crudelia fata minatur,
Externis quod sint prædi futura uiris.

PROPHETIA

Cap. 40.

Solatur captos Domino miserante propheta,
Et quām sīt hominum robora nulla docet.
Solus enim Deus est fortis, quem nulla figura
Facta refert, populi qui memor usq; sui est.

Cap. 41.

Cum populis lis est Domino, simulachra refutat,
Quæ neq; cultores, uana, iuuare queunt.
At Deus altisonans sanctos defendit amatq;
Et rapit è uincis, nox premit atra malos.

Cap. 42.

Prospéra describit uenientis tempora Cyri,
Qui captis adimēt uincula dura uiris.
Illanot int C H R I S T V M : celebrat pia numina sancti
Impia pro meritis gens sua fata feret.

Cap. 43.

Sancti non aliquem timeant, nam numen Olympi
Hos iuuat, ex dannis eripuisse studet.
Non meritis hominum Dominus, sed amore mouetur
Nostro: sic CHRISTI nos quoq; dextra iuuat.

Cap. 44.

Quinta Dei laus sit describit, robora quanta?
Atq; hunc, qui possit, uelle iuuare docet.
Irridet miseros quotquot simulachra uerentur,
Quæ tamen hi propria composuere manu.

Cap. 45.

Qui redimat captos et uincula dura resoluat

Cantatur Cyrus, cui Deus ipse fauet.

Vnus enim Deus est diuino solus honore

Dignus, in idolis non latet ulla salus.

Cap. 46.

Nulla idola iuuant, oneri sunt, perditur, illis

Qui fudit, Domini dextera sola iuuat.

Ille etenim fortis nostri miseretur amatq;

In quem qui credit non perisse potest.

Cap. 47.

Alta cadet Babylon extero subruta ferro,

Excidioq; graui testa superba ruent.

Non illam uires, non Dij, non sydera uisa,

Sed nec opes poterunt eripuisse malis.

Cap. 48.

Enumérat causas, propter quas liberet illos

Omnipotens, nomen crescat ut usq; suum.

Néue suis meritis fidant cultuq; prophano,

Sed Domini credant herba tenere fidem.

Cap. 49.

Splendida decantat ueniens tempora CHRISTI.

Hic miti Izraël uoce uenire iubet.

Sed magis ut crescat fœlix Ecclesia, gentes

Aduocat, et sacræ participare iubet.

Cap. 50.

Gens Iudea cadit propriæ sibi conscientia culpe,

PROPHETIA

Reproba criminibus pellitur atq; suis,
Nam saluam uellet Dominus, sed pectore cœco
Hunc spernens proprijs nititur illa uijs.

Cap. 51.

Solatur sanctos & uera mente fideles,
Quod nunquam illorum sit peritura salus.
Aeternus siquidem Deus est, sed triste subibunt
Fatuum, qui gentem corripiuere Dei.

Cap. 52.

Hortatur cunctos diuin e ut dona salutis
Suscipiant leti iussaq; sancta colant,
Excutiantq; iugum Satanae moresq; prophanos,
Et Christum sancta querere mente uelint.

Cap. 53.

Humani queritur generis tristissima fata,
Quod pauci Christum querere rite uelint,
Qui tamen afflictus pro nobis cuncta pianuit
Crimina, dans uitæ dulcia dona sue.

Cap. 54.

Exultare iubet sanctos, Ecclesia sponsum
Cernit, que lugens ante relicta fuit.
Promittit natos & letæ tempora uitæ,
Et facit, ut nullus hostis obesse queat.

Cap. 55.

Dulcia commendat diui solatia Verbi,
Sumere que cupida nos iubet aure Deus.

Quosq; ferat fructus, quæ gignat præmia cantat,
Et populi quæ sunt fata futura pij.

Cap. 56.

Addictos Domino non ulla pericla timere,
Et cunctos CHRISTI sacra subire iubet.
Corrigit iniustos Doctores, tristia monstra,
Qui populum fraudes pro pietate docent.

Cap. 57.

Succumbunt iusti, nec quisquam liberat illos,
Turpibus idolis seruit iniqua cohors.
Auxilium querunt, sed spe ludenur imani.
Gaudebunt sancti, turba prophana perit.

Cap. 58.

Hypocritas damnat pleno ieiunia uentre
Qui lactant, uera sed pietate carent.
Ostenditq; simul Dominum quæ uera se vendit
Sit uia, quis fructus, quis pietatis honor.

Cap. 59.

Contemnit Dominus languentia uota malorum,
Et sine sincera religione preces.
Induit arma Deus, gemem quo perdat iniquam,
Cum iustis fieriens foedera sancta uiris.

Cap. 60.

Admonet excipiant ut sancto pectore CHRISTVM,
Qui ueniens uitæ gaudia uera dabit.
Et quanta surgat crescens Ecclesia laude,

PROPHETIA

Quæ ueræ à Domino dona salutis habet.

Cap. 61.

Inclita describit uenientis munera CHRISTI,

Et quæ sint huius præmia sancta docet.

Qui dabit ut crescat fœlici Ecclesia fato,

Vt populi leges & pia iura colant.

Cap. 62.

Splendida promittit diuinæ regna Sioni,

Quæ toto sanctos denotat orbe uiros.

Gaudebis semper, nec te ferus obruct hostis,

Semper enim præsens est pia dextra Dei.

Cap. 63.

Aduentum CHRISTI narrat letosq; triumphos;

Per quos Tartareum subiugat ille ducem.

Et grates referens Domini beneficia fatetur,

Cuius opem pariter supplice uoce rogat.

Cap. 64.

In precibus perstat uates, multumq; rogando

Consilium præsens auxiliumq; petit.

Humani supplex generis delicta fatetur,

Atq; unam à Domino sedulus optat opem.

Cap. 65.

Deuotis precibus respondet nūnen Olympi,

Et reprobam geniem fata futura docet.

Gens Iudea cadet, noua Gens, nec nota, subibit,

Reproba turba perit, cætera turba ualet.

Cap. 56.

*Quo ritu possint uenerari numina sancta,
Quis placitus Domino cultus in orbe siet,
Edocet hic Vates, sanctorum gaudia cantans
Et que sunt misere fata futura malis.*

A R G U M E N T A I N
P R O P H E T I A M I E =
R E M I A E.

In Cap. 1.

A *Domino Vates diuina uoce uocatur,
Ut reprobis dicat fata futura uiris.
Aspicit hic uirgam feruentemq; ignibus ollam,
Quæ uentura breui tristia damna notant.*

Cap. 2.

*Splendida prosequitur Domini benefacta Prophetae,
Quem tamen infelix deseruere cohors.
Crimine polluti tentant manifesta negare:
Sed poena à Domino, quam meruere, uenit.*

Cap. 3.

*Impia perstringit non ueri crimina cultus,
Per quem supplicium commeruere graue.
Hortatur redeant rursum & resipiscere discant,
Et summum facili tunc fore mente Deum.*

Cap. 4.

PROPHETIA

Ad Dominum redeant quotquot sua numina spernunt,
Et discant pura querere mente Deum.

Nunc etenim Dominus crudelia bella mouebit,
Et reprobos merito conteret ense uiros.

Cap. 5.

Omnes esse docet scelerato criminis plenos,

Omnes altisoni commeruisse minas.

Tantorumq; ipsos sibi causas esse malorum,
Tanta etenim Dominus crimina ferre nequit.

Cap. 6.

Trifitia nunc genti perituræ damna minatur,

Quod summum iniusto respuat ore Deum.

Edocet inde uiam, qua possint ista cauere,
Et proprij causas indicat esse mali.

Cap. 7.

Ritibus externis fidebant impia turba,

Quos sanctus dura uoce propheta notat.

Quæq; Deo placeant ostendit, Crimina culpat,
Consilium Domini suppliciumq; canit.

Cap. 8.

Ingratis Vates crudelia fata minatur,

Stultorum taxat dogmata falsa coquens.

Turpis auaritiae studium mentemq; dolosam
Corripit, et Dominum consuluisse iubet.

Cap. 9.

Trifitia deplorat populi nunc fata prophetes,

Ulorum

I E R E M I A E.

50

Illorum & que nam causa sit, inde docet.
Crimina fœda notat: proprijs confidere factis
Hos prohibet: Domini iudiciumq; canit.

Cap. 10.

Vnicus est rerum Dominus mundiq; creator,
Nilq; potest hominum facta figura manus.
Denuo præfractis Vates sua fata minatur,
Et Domini auxilium supplice uoce rogat.

Cap. 11.

Sepius admonitus populus simulachra frequentat,
Nec sceleris finem perfidiæq; facit.
Hos igitur perdam: non ores: quiq; cruenta
Fata tibi cupiunt, fata cruenta ferent.

Cap. 12.

Prospéra cur uideat (querit) gens impia fata,
Et misere sanctos condolet usq; premi.
Respondet Dominus: Poenas luctusq; minatur
Illi, & sanctis præmia digna canit.

Cap. 13.

Baltheus obscura positus sub rupc, iubente
Sic Domino, genies crimina fœda notat.
Hinc miseris poenas & uincula dura minatur,
Quod summum sancte non coluere Deum.

Cap. 14.

Iudeos nullæ pluviæ mittentur in agros,
Et pro peccatis præmia digna ferent.

PROPHETIA

Siq; preces fundant, Dominus non respicit illas.

Repetit afflita uoce propheta preces.

Cap. 15.

Non locus est precibus, crudelia fata Manassi

Omnipotens dignum suppliciumq; parat.

Conqueritur mœstus propria de forte prophetes.

Promittit misero robora dura Deus.

Cap. 16.

Coniugium facias nullum cum gente nefanda,

Et caueas horum participare choris.

Vult etenim his Dominus diras immittere poenas,

Sed gentes blando suscipit ore Deus.

Cap. 17.

Infoelix homini quisquis confidit inerti,

Fœlix qui Domino fidere semper auet.

Diuitiae (moneo) misere perdentur iniquæ.

Sabbata sancta Deus sanctificare iubet.

Cap. 18.

Exemplo figuli narrantur fata futura,

Et quare hos Dominus sic perijisse uelit.

Oderunt Vatem, cui tristia damna minantur.

Hic Domini iustum sedulus orat opem.

Cap. 19.

Illicitos cultus mentitaq; sacra frequentant,

Impia et insontum sanguine squalet humus.

Concreti hos igitur Dominus ceu fistile frangunt

I E R E M I A E.

31

Vt: fame, crudeli & obsidione premet.

Cap. 20.

Impius obscuro concludit carcere uatem

Phashur, at huic rursum tristia fata canit.

Impatiens tandem tam tristi in sorte prophetes

Natales diro deuouet ore suos.

Cap. 21.

Rex rogat obsessus, quæ sit uia tutæ salutis:

Hunc uates hosti tradere cuncta iubet.

Nullus filius etenim Domino bellame relicta est,

Qu' propter populi crimina sua furit.

Cap. 22.

Iusticiam ut seruent monet alta uoce propheta,

Quæ nisi seruetur damna cruenta dabit.

Exilium selli, loakimi fata canuntur,

Quæq; Chononiacæ damna parata sient.

Cap. 23.

Iniusti proceres diuina uoce notantur,

Et quæ sint C H R I S T I regna futura docet.

Inde sacerdotes taxat falsosq; prophetas,

Consilium Domini suppliciumq; docens.

Cap. 24.

Affexit dulces ficus, affexit amaras.

His, quæ sint populo fata futura docet.

Abductum loakim Domini pia dextra reducet,

At reliquos pestis, bella famesq; prement.

PROPHETIA

Cap. 25.

Sepius admonuit Dominus, sed crimina crescunt,
Fictitiosq; colit turba prophana Deos.
Vos igitur Dominus perdet, calycemq; furoris
Omnibus, ut capiant, gentibus inde dabit.

Cap. 26.

Dum populo ex templo decantat tristia Vates
Fata, Sacerdotum turba nefanda furit.
Innocuus capitur, conficta fraude notatur:
Mox Ahikam sanctum liberat inde uirum.

Cap. 27.

Vincla iugumq; gerit Domino mandante prophetā,
Et quæ sunt misericis vimcla ferenda docet.
Assyrioq; iubet seruire fideliter hosti,
Si se, si patriæ tecta manere uelint.

Cap. 28.

Impius hic Vates Ananias falsa prophetat,
Et populo pacem letaq; fata canit.
Vimcula confringit Ieremiæ, summus olympi
Rector eum punit præmia digna ferens.

Cap. 29.

Dulcia captiuis Vates solatia mittit,
Ac animo prompto vimcula ferre iubet.
Incusat diro mendaces ore prophetas,
Qui populum falso solicitare solent.

Cap. 30.

Solati

I E R E M I A E.

32

Solatur captos Babylonia uimla gerentes,
Promittens tandem fata secunda fore.
Dēinde salutiferi describit tempora C H R I S T I,
A Satana qui nos eripuisse potest.

Cap. 31.

Abductos Dominus peregrina è gente reducet,
Et patriam terram deliciasq; dabit.
Cum reprobis rursum renouabit foedera prisca.
Hæc quoq; cum C H R I S T I tempore conuenient.

Cap. 32.

Quod Regi ex populo crudelia uimla minetur,
Vates, inclusus uimcula dura gerit.
Agrum emit, et rursum promittit prospera fata:
E uimclis retrahet dextra parata Dei.

Cap. 33.

Qui manibus duris Babylonia uimla tulerunt,
Hos Domini è uimclis asseret alma manus.
Hinc rursum attingit uenientis tempora C H R I S T I,
Qui franget Satanae uimcula facta manu.

Cap. 34.

Tristia prædictit Sedechiæ uimcula seu.
Deseruit foedus gens scelerata Dei.
Debita non seruis concedunt iura quietis:
Quare auferit etiam foedera facta Deus.

Cap. 35.

Dulciæ non gustant Rechabite pocula uini,

PROPHETIA

Ut sancti seruent iussa colenda patris.
Vos tamen, ô miseri, leges contemnitis omnes,
Quas dedit astricole mens ueneranda Dei.

Cap. 36.

Scripta pīj Vatis rapido perduntur ab igne,
Quod sēuo cantent tristia fata Duci.
Scribitur ast aliud Domino mandante uolumen.

Nulla equidem V E R V M uis abolere potest.

Cap. 37.

Niliacē ueniunt non illa laude cohortes.
Excidium Vates seuq; damna canit.
Percussus misere tandem demergitur atro
Carcere, mox princeps mitigat illud onus.

Cap. 38.

Obscuro proceres demergunt carcere Vatem,
Aethiopis mersum retrahit inde manus.
Rex uocat hunc, monet hic, sed paret nemo monenti.
Rex metuit proceres consilioq; caret.

Cap. 39.

Vrbs capitur, pereunt proceres, Rex lumine cassus,
Quae meruit dudum, uimla pudenda gerit.
Sed melior seruat sanclum fortuna prophetam,
Et Deus Aethiopi dat meliora pio.

Cap. 40.

Præficitur terræ Godolias, permanet illic
Vates, in patriam transfuga turba redit.

Unſtadi

I E R E M I A E.

55

Infidias struntas Godolie fama recenset,
Verba sed illius non habuere fidem.

Cap. 41.

Ismael iniusto Godolian interficit ense,
Injicit et captis ferrea vim clau uiris.
Mox tamen abductos redimit forti ense Ioanna,
In patriosque redit turbare redempta locos.

Cap. 42.

Inquirunt sancti diuina oracula Vatis,
Splendida dum cupiunt regna subire Pharos.
Hoc prohibet Vates et tristia damna minatur,
Ni summi seruent iussa tremenda Dei.

Cap. 43.

Non parens Vati sancto meliora monenti,
Niliacas terras turba relicta petit.
Corrigit hoc Dominus, perituros undique narrat.
Aegypti regnum Rex Babylonis habet.

Cap. 44.

Impia festa uetat populo ritusque prophanos,
Hic tamen impuro reiicit ore Deum.
Uicitos cultus laudant, celebrantque probantque.
His que sine tandem fata futura, docet.

Cap. 45.

Deficiens aliquid tam tristi tempore Baruch
Tristia non modico corda dolore premit.
Hunc sanctus forti solatur pectore Vates,

H 5

PROPHETIA

Et fata hæc forti pectore ferre monet.

Cap. 46.

Aegypti narrat periturae tristia damna,
Et quam sint horum robora nulla docet.
Hic tamen afflictum uerbis solatur Iacob,
Quod nunquam illius sit peritura salus.

Cap. 47.

Sæua Palæstini decantat fata prophetes,
Qui summi Leges non coluere Dei,
Ultima nunc etenim Deus illis damna minatur,
Nec finem placitum poena uidebit atrox.

Cap. 48.

Inflato surgunt Moabitæ pectore, iactant
Robur, opes, urbes, stemmata clara Ducum.
Nec celebrant Dominum, quare illos perdere tentat,
Non erit excidij supplicijq; modus.

Cap. 49.

Ammonidum genti cantantur tempora dura.
Tristis Idumeæ fama pericla docet.
Inde Damasceni & Zedareni tristia fata
Accipiunt, miser & talia cernet Elam.

Cap. 50.

Afflixit gentes Babylon, uastauit Iudam,
Nunc etiam, en, illi bella parantur, ait.
Izraël sanctus sæuo redimetur ab hoste,
Quem nimis immuni conteret ense Deus.

Cap. 21.

Quas meruere diu, pœnas, Babylonia regna
 Olim, nunc Domino præcipiente ferent.
 Alta cadet Babylon, recident simulachra Deorum,
 Totaq; gens, nunquam restituenda, cadet.

Cap. 25.

Vrbs capitit, princeps Sedechias lumina captus
 In tristi cœcus carcere clausus obit.
 Diripitur templum. Tandem Babylonius Heros
 Iudeo tribuit munera lauta Duci.

THRENI IEREMIAE.

In Cap. 1.

Diruta deplorat Solymorum moenia Vates,
 Et quæ sunt tristi umcla ferenda manu.
 Abstulit omnipotens miseris belloq; fameq;
 Verum hæc criminibus redditæ pœna fuit.

Cap. 2.

Excidium Solymis Dominus pertriste rependit,
 Tristia nam misit bella famemq; grauem.
 Causa mali, impietas falsiq; fuere prophetæ,
 Nunc misero fletu est continuanda dies.

Cap. 3.

Tristia prosequitur lachrymando fata prophetæ,
 Sed Dominum mites nouit habere manus.

TRENI IEREMIAE.

Hunc rogat, auxiliumq; petit, tristesq; querelas
Huic fundit, si fors cripuisse uelit.

Cap. 4.

Me miserum, misere in terras cecidere superbi.
Crudelis coxit pignora chara parens.
Supplicium tantum meruit mens nescia recti.
Mox & Idumæis tristia fata canit.

Cap. 5.

Conqueritur Domino populi crudelia fata,
Et quanum in miseros saeuiat hostis atrox.
Auxiliumq; rogat supplex, melioraq; fata
Postulat, & nobis quæ facienda, docet.

ARGUMENTA IN PROPHETIAM EZE- CHIELIS.

In Cap. 1.

Vno quadruplicem cernit sub corpore uultum,
Taurus, homo, atq; ales, terrificusq; Leo est.
Inde rotas dupli coniunctas ordine bimac.
Quicis etiam ad motum spiritus almus inest.

Cap. 2.

Inclytus ætherea Vates hic uoce uocatur,
Ut reprobæ genti fata futura canat.
Hoc studium est Domini clementi uoce monere,

E Z E C H I E L I S.

55

Si forte à uitijs nos reuocare queat.

Cap. 3.

Deuorat oblatum Domino mandante uolumen,
Mittitur ut gentem corrigat inde suam.
Tu, nisi præmoneas, crudelia fata subibis,
Sim moneas, crimen gens feret ipsa suum.

Cap. 4.

Exculptam saxo Vates hic obsidet urbem,
Hinc Solymæ quæ sit poena futura docet.
Et comedit coctum male olenie in stercore panem,
Ut doceat, quæ sit his toleranda famæ.

Cap. 5.

Abradit caluo sparsos in uertice crines,
Quos igne & uento perdit & ense secat.
Sic Dominus populum morbis uastabit & ense,
Et captos toto sparget in orbe uiros.

Cap. 6.

Queritis hæc miseri spem uanam idolaq; uana,
Quare etiam à Domino poena cruenta uenit.
Insurget gladius, ueniet pestisq; famesq;.
Sic uerum disces hæc cecinisse Deum.

Cap. 7.

Excidium finisq; prope est, iam præparat atrox
Supplicium, mundi qui sua scepta tenet.
Dura famæ, languens pestis, crudeleq; bellum
Imminet: hoc meruit perfida turba malum.

PROPHETIA

Cap. 8.

Impia proponit diuino sacra Prophetæ
Hic Deus, & populi festa prophana docet.
En simulachra colunt & lumina Solis adorant,
Hæc propter pariet tristia fata Deus.

Cap. 9.

Impia turba cedit Domino mandante per urbem,
Qui cultu uero non coluere Deum.
Sancti figantur, qui crimina foeda perosif.
Sic Deus omnipotens liberat usq; suos.

Cap. 10.

Implicitos orbes pariter Cherubimq; uolantes
Quadruplices, quos & uiderat ante, uidet.
E Cherubim rutilos carbones spargit in urbem
Angelus, & que sit poena futura docet.

Cap. 11.

Quod uerbum Domini spernant sanctosq; prophetæ,
Atq; imopes gladio, fraude doloq; premant,
Corripit hic Vates & dira pericula cantat.
Fataq; promittit prosperiora pijs.

Cap. 12.

Obsidione premi Solymorum mœnia pingit,
Vincula captorum, bella Ducisq; fugam.
Corripit audaces, qui uerba prophetica spernumt,
Qyod non mox subito sæuiat ira Dei.

Cap. 13.

TAXDIA

E Z E C H I E L I S.

36

Taxantur falsi diuina uoce prophetæ,
Qui populum indoctum dogmata falsa docent.
Qui iustos damnant & purgant crimine plenos,
Quiq; animis laqueos tendicularq; parant.

Cap. 14.

Falsiloquos carpit, Domini qui dogmata querunt,
Tristia cum falso cor aconita tegat.
Cum Dominus punit, non lob, non Noa iuuare,
Nec Daniel poterit: Nam sua quisq; feret.

Cap. 15.

Vt steriles rapido uites perduntur ab igne,
Cum dare, quæ debent, dulcia uina negant.
Sic rapient tristeis Solymorum mœnia flammæ,
Quod ueros fructus non pietatis habent.

Cap. 16.

Abiecit misere madidamq; cruore leuauit,
Et tecum fecit foedera sancta Deus.
Sed tu oblita Dei mox turpis adultera facta es:
Turpis adulterij nunc tibi pena uenit.

Cap. 17.

Castigat miseri Sedechiæ perfida cœpta,
Assyrij rupit qui pia pacta Ducis.
Prædictis poenam: sed et hic quoq; læta canuntur,
Fataq; promittit prosperiora Deus.

Cap. 18.

Non feret iniusti natus peccata parentis

PROPHETIA

Si modo syncero querat amore Deum.
Quisq; suas pœnas feret, & sua præmia quisq;
Accipiet, iusto iudicat ore Deus.

Cap. 19.

Deplorat procerum mores scelerataq; facta,
Quod populos astu uiq; doloq; premant.
Prædictit pœnam, prædictit uincula dura,
Que miseri propter facta nefanda ferent.

Cap. 20.

Me læsere patres spernendo dogmata sancta,
Et nunquam fortem me coluere Deum.
Non tamen abieci: nati quoq; talia patrare.
Foedifragos igitur deseruisse uolo.

Cap. 21.

Omnia persequitur, que sunt uentura periclit,
Assyrius quorum factor & author erit.
Non tamen hec tantum Iudeis prælia surgent,
Ammonidis eadem pœna parata uenit.

Cap. 22.

Vndiq; polluta (misericordia) peccatur in urbe,
Hic regnant cædes, stupra, rapina, dolus.
Sunt falsi uates, proceres, populusq; sacerdosq;
Impia gens igitur præmia digna feret.

Cap. 23.

Affolet ut meretrix fidum liquisse maritum,
Sic Dominum Izrael deseruisse solet.

E Z E C H I E L I S.

57

Prostribuit multis petulantia corpora moechis.
Huc igitur Dominus fata cruenta parat.

Cap. 24.

Feruida ut absuntur crepitantibus ignibus olla,
Sic Solymæ impuræ moenia celsa cadent.
Et Vatis moritur coniux: nec funera plorat.
Sic nullo fletu gens scelerata cadet.

Cap. 25.

Ammonidae gaudent, Moabitæ et fortis Idume,
Atq; Palæstini ludicra multa gerunt,
Quod mea gens periret, sed non lætantur multi:
Sic qui alijs gaudet mox sua damna uidet.

Cap. 26.

Magna Tyrus quamvis saeuo circundata ponto,
Assyrijs armis concidet illa tamen:
Leta quod accepit alienis gaudia damnis,
Vsa nec est propria prospexitate bene.

Cap. 27.

Quæ totum Tyrijs impleuit mercibus orbem,
Cuius in imperio pontus et orbis erat,
Quæq; peregrinis tot præbuit hospita tecta,
Hei miscrum, in punto perdita tota iacet.

Cap. 28.

Magne Tyrijs princeps, princeps generose, superbe,
Qui summum elato reijsis ore Deum,
Commeritas poenas et tristia fata subibis.

PROPHETIA

Sidonij tecum dura pericla ferent.

Cap. 29.

Extulit Aegypti princeps se corde superbo,
Omnia, non noscens, qui regat esse Deum.
Nunc igitur misere misera cum gente peribit.
Assyrio dantur præmia tanta Duci.

Cap. 30.

Sæua dies properat Pharijs non prospera regnus
Aegypti quoniam concidet omnis honos.
Assyrii uenient hostes cum fortibus armis,
Qui sument poenas suppliciumq; Deo.

Cap. 31.

Assyrius princeps dum celso corde superbit,
Deiectus misere, fœda ruina cadet.
Sic etiam Pharao quia tollit corda superba
Fœdus & immunda in sorte iacebit humi.

Cap. 32.

Oppresit cunctos Pharao crudelibus armis,
Horrenda totam cæde repleuit humum.
Ergo te similis fortuna tyranne sequetur,
Quam reliqui immites sustinuere uiri.

Cap. 33.

Si moneat sanctus diuina uoce propheta,
Illi⁹ in monitis uiuere quosq; decet.
Pro meritis siquidem Dominus quoq; fata rependet.
Iniustus Domino nemo placere potest.

Infidos taxat pastores, quotquot inique,

Pascere quem debent, deseruere gregem.

Non tamen errantes Dominus sic deseret agnos:

Sed iustis miserum pascet ouile cibis.

Cap. 34.

Magnifica tristeis casus decantat Idumes,

Quodq; horum cunctus sit ruiturus honor.

Quod pergant semper Iudeam spernere gentem,

Huius & ex damnis gaudia lata ferant.

Cap. 35.

Adducam reduces rursum ex hostilibus aruis,

Iudee quotquot nomina genis habent.

Non meruere quidem, quam illis prestatabo, salutem:

Hec ago ne careat nomen honore meum.

Cap. 36.

Arida dispersi iunguntur corporis ossa,

Sic Deus & gentem colligit ipse suam.

Nam reduces forti tandem sub principe uiuent,

Hunc, aliquis C H R I S T V M dixerit esse, Duxem.

Cap. 38.

Incolumes tandem patriæ sub tecta redibunt,

Non tamen hostilis deseret hosce timor.

Hostis iniquus erit, miseros qui fortibus armis

Impetet, hinc Dominus præmia digna dabit.

Cap. 39.

PROPHETIA

Terrificis Dominus uastabit casibus omnes,
Quis sanctis saeuo corde nocere student.
Puniuit duris propter sua crimina uincis,
Sed nomen nunc uult asseruisse suum.

Cap. 40.

Captiuos miti solatus uoce prophetes,
Nunc finem fati tristis adesse docet.
Queq; futura sicut reparandi instructio templi
Obscuris cantat mystica multa sonis.

Cap. 41.

Pergit et altigradi describit culmina Templi,
Et quo nam steterint ara focusq; loco.
Quis uic situs mensae, fuerit qua forma per omnes
Mensuræ, quo sunt singula facta modo.

Cap. 42.

Commoda quam fuerit facti proportio Templi
indicat, et uestes concinit inde sacras.
Quis dubitet? tali structa est Ecclesia forma,
Cuius et heic fuerit tam bona forma typus.

Cap. 43.

Qui Deus ante sui Templi sacra tecta reliquit,
Pacato haec rursum corde reuersus adit.
Hos pariet fructus pura resipiscere mente,
Araq; quo ritu sanctificanda docet.

Cap. 44.

Ianua clausa manet, que expectat principis alti

EZECHIELIS.

59

Aduentum, per quam solus hic ire potest.
Inde Sacerdotum describit munera, uestes,
Ritus, quæque illis præmia danda monet.

Cap. 45.

Quo reparata queat distingui limite tellus,
Et quo stet templum, moenia quoque loco.
Principis officium ueri describit, & altam
Altisoni ut deceat sanctificare domum.

Cap. 46.

Principis introitus in facram continet ædem,
Sacraq; quo deceat hunc sua ferre modo.
Queq; sit illorum ratio, quæ munere Regum
Obueniunt: quo sint sacra coquenda loco.

Cap. 47.

Gratia grata Dei descendit flumine largo,
Quod fundunt summi uerba colenda patris.
Inde docet rursum, quo possit limite tellus
Diuidi, & externis quis tribuendus honor.

Cap. 48.

Quæ tribubus cedat terræ pars omnibus æqua,
Principis & quæ sit portio iusta docet.
Nomina portarum, sanctæque quis ambitus Vrbis
Quam colit unius gratia salua Dei.

PROPHETIA
ARGUMENTA IN
PROPHETIAM DA-
NIELIS.

In Cap. 1.

Eligit eis captis iuuenes, quos artibus almis
Instituat, regnum quiq; iuuare queant.
Hos inter Daniel alimenta paterna requiriens
Omnis ingenio uincit & arte sophos.

Cap. 2.

Viderat ancipites nocturno tempore somnos
Rex, quorum sensum dicere nemo potest.
Accedit Daniel sinuosaq; uisa resoluens,
Quae sunt regnorum fata futura docet.

Cap. 3.

Aurea adoratur mandato regis imago,
Hebrei hanc spernunt corde decente uiri.
Excipit horum ardens fortissima corpora fornax.
Illæsi flammæ sustinuere graues.

Cap. 4.

Euentus proprios princeps sub imagine uidit
Arboris, huic Daniel regia fata canit.
Insanus princeps discurrit more ferarum,
Sed reduci ad Dominum mens quoq; sanare dicit.

Cap. 5.

Impia Baltazar celebrat coniuicia, scriptum

Emicid

Emicat, huic Daniel tristia uerba legit.
Nec mora cum Babylon saeuo uastatur ab hoste,
Sanguine regali regia tota fluit.

Cap. 6.

Inuidia moti primates criminis fingunt,
Quem Vatem inuisa tollere morte queant.
Proieciturque feris, sed non ledentibus illum,
Authores poena, quam meruere, cadunt.

Cap. 7.

Quatuor exponit terris hic regna futuri
Sæculi, et illorum fata uicesque docet.
Confusurum quintum falsi sub nomine C H R I S T I,
Quod fortis franget comminuetque Deus.

Cap. 8.

Arietis inuicti confringit cornua fortis
Hircus, et immanis prælia dura gerit.
Quatuor excrescunt dura de cornua fronte,
Quorum unum Antiochi facta prophana notat.

Cap. 9.

Orat opem supplex trepidanda uoce propheta,
Angelus hunc populi fata futura docet.
Promissus certo nascetur tempore C H R I S T V S,
Sed male contemptus præmia saeva dabit.

Cap. 10.

Fata sua luget Daniel tristissima gentis,
Solatur misericordia gratia prompta Dei.

PROPHETIA

Hactenus affixit Persarum seu potestas:
Sed tandem ueniet sepe petita salus.

Cap. 11.

Persarum frangent Græcorum prælia regnum,
Mox tamen illorum tristia fata docet.

Ut ferus Antiochus sanctam grassatur in urbem,
Sic Antichristus perdere multa solet.

Cap. 12.

Vltima describit perituri tempora mundi,
Leta manent sanctos, tristia fata malos.

Attamen ante cadent Solymorum mœnia magna,
Et meritas poenas gens scelerata dabit.

ARGUMENTA IN PROPHETAS MINORES. OSEAS.

In Cap. 1.

Ingere cum turpi Vates meretrice iubetur
Coniugium, de qua pignora nata uidet.
Nomina ponuntur fortunæ signa future.
Principio poenas, mox quoq; leta canit.

Cap. 2.

Reijciam turpem, que lecti foederarupit,
Nec stetit in iussis, improba sponsa, meis.
Si tamen ad Dominum ueniam conuersa rogabit

Dennis

O S E A E.

61

Denuo, quam repuli, nupta pudica mihi est.

Cap. 3.

Diuorum illicitos querens ecclesia cultus

Deserit impuro corde superba Deum.

Aspicit hanc Dominus, casto sibi iungit amore,
Hæc summi recipit munera sancta Dei.

Cap. 4.

Exulat à uobis Verum pietasq; sepulta est,

Non est, qui summum nouerit esse Deum.

Impius est populus, scelerato est corde sacerdos,
Mox igitur poenas, quas meruere, ferent.

Cap. 5.

Impia taxantur uæsanæ crima gentis,

Exitium à domino, ni resipiscat, erit.

Nec poterunt alij, nec foedera facta iuuare,
Quin meritas poenas dignaç; fata ferant.

Cap. 6.

Fucatum taxat pietatem gentis, & inde

Quis uerius cultus religioq; docet.

Fœda Sacerdotum, quæ fiunt, facta recenset,
Impia uituperat tum simulachra Deus.

Cap. 7.

In populo uitiorum est immedicabile uulnus,

Omnis cumq; suo principe turba mala est.

Solennes celebrante ludos, sunt foedera iniqua,
Ergo parat meritis uerbera digna Deus.

I

J

PROPHETIA

Cap. 8.

Deseruere Deum, uitijs gens impi a gaudet,

Et uituli infamis sacra nefanda colit.

Dura fames igitur sterili regnabit in agro,

Nulla hominum poterit eripuisse manus.

Cap. 9.

Prospера fata tibi noli promittere luda,

Nam miser, abiectus, transfuga et orbus eris.

Perfidus in Dominum quoniam sua munera spensis,

Falsorum Vatum dogmata falsa sequens.

Cap. 10.

Infoelix gaudet falsos gens ædere fructus,

Et falsa simulat se fore mente piam.

Idolis fidunt et spe nituntur inani.

Hei quanta à Domino (credite) pœna uenit!

Cap. 11.

Splendida describit summi benefacta Tonantis,

Pro quibus haud unquam gratia lata Deo est.

Inuitus punit miseros Deus, attamen illos

Puniet, at mox hos restituisse cupit.

Cap. 12.

Crimina taxantur, reprehendit foedera iniqua,

Et suis connumerat tot benefacta Deus.

Isacidem iuui, sed non meminere nepotes

Perfidi, et hinc ergo præmia digna ferent.

Cap. 13.

Fœliciti

IOELIS.

61

Fœlices, quotquot summo seruire Tonanti
Dignantur, Deus his præmia magna parat.
Et miseri, quotquot Domini mandata relinquent,
Hos etenim tristi corrigit ense Deus.

Cap. 14.

Quin reduces cœli Dominum nunc pectore puro
Quæritis? & laudum debita sacra datis?
Nam reduces sancto Dominus dignatur amore,
Hisq; salutiferam porrigit ille manum.

IOEL.

In Cap. 1.

Hostis describit crudelia bella futuri,
Et quæ sint poenæ semina iacta docet.
Deficient fruges, pecudes, arbustaq; pulchra,
Vna salus, Dominum si ucreamur, erit.

Cap. 2.

Sume tubam ac infla, properat nam bellica turba,
Quæq; uenit summi poena parata Dei.
Corrige præteritos mores meliora dabuntur
Tempora, quin doctor Spiritus almus erit.

Cap. 3.

Gentes, quæ summi populo nocuere Tonantis,
Seuitiæ poenas suppliciumq; ferent.
Iudicat hos Dominus, qui præmia dignare rependet,
Dum meritis cernent præmia iusta pij.

PROPHETIA
AMOS PROPHETA.

In Cap. 1.

Vicinis Domini prædicti gentibus iram,
Quantiq; sit narrat gratia lenta Dei.
Fata Palæstinis, Syrijs, Tyrijsq; superbis,
Hinc et Idumæis Ammonidisq; canit.

Cap. 2.

Hic Moab immanem et seductum taxat Iudam,
Atq; suæ gentis facta nefanda notat.
Incesti summi spernunt benefacta tonantis,
Sancta prophetarum dogmata reiiciunt.
Inficiunt iuuenes Domini ad pia sacra peritos,
Ergo Deo poenas, quas meruere, dabunt.

Cap. 3.

Non punit Dominus moneat nisi, fata Prophetis
Detegit, hos ergo est spernere grande nefas.
Izraël Domini poenas et dira subibit
Fata, quia letas res modo ferre nequit.

Cap. 4.

Opprimitis tristes non iusto pondere egenos,
Et falsos colitis, monstra pudenda, Deos.
Ergo fames, pestis, gladius grassatur in omnes.
Viuere si uultis, uiuite iam melius.

Cap. 5.

Venturam exiguo crudelcm tempore poenam

NHUS

Nunciat, ostendens quæ siet anfa mali.
 Vixit iniusti, cultus simulatis inanes,
 Vesta salus, pura querere mente Deum, est.

Cap. 6.

Vos Deus instruxit terris regnoq; beato,
 Nulla tamen meritis gratia digna uenit.
 Luxuria, ebrietas, iniusta superbia regnant,
 Ergo dabit factis præmia iusta Deus.

Cap. 7.

Sæpe Deus uoluit sceleratam perdere gentem,
 Impedit precibus sed pia turba Deum.
 Insontem desert hic cor am Rege Sacerdos
 Vatem, cui Domini fata propheta canit.

Cap. 8.

Iniustis miseros inopes contractibus urgent,
 Et summi pergunt temnere iussa Dei.
 Ergo fames Verbi dabitur, solatia demet,
 Et nusere perdet pectora cæca Deus.

Cap. 9.

Immittet meritas Dominus pro crimine poenas,
 Nemo fugi poterit consuluisse sibi.
 Attamen abductos patriæ sub regna reducet.
 Hec uere in Christo sensum habuere suum.

PROPHETIA ABDIAS.

In Cap. 1.

Crudelcm nimium Vates reprehendit Idumæi,
Inuidiam, fastum, foedera falsa notans.
Qui sanctos uexant, simili quoq; lege peribunt,
Omnia deuincet bella futura Sion.

IONAS.

In Cap. 1.

Mittitur ad Nineues celeberrima moenia Ioniæ,
Imperium Domini sed tamen ille fugit.
Horrida tempestas de nauibus eisicit illum,
Excipit hunc cæco bellua uentre ferox.

Cap. 2.

Pisce latens celebrat Domini pia munera Vates,
Et summi cantat tot benefacta Dei.
Euomit absorptum cæco de gutture Coetus.
Redditur ex terræ, qui modo præda fuit.

Cap. 3.

Alta subit Nineues fortis sub tecta Prophetes,
Et quæ sint urbi fata futura docet.
Ocyus hi Dominum uotis precibusq; fatigant,
Nullaq; quæ fuerat poena parata, uenit.

Cap. 4.

Dissimilis

M I C H E A E.

64

Disspicuit querulo Domini clementia Vati,
Dum fame metuit damna nocua sue.
Huic deus ostendit fruticis per damna ruentis
Quam non sit iusti pectoris ille dolor.

M I C H E A S.

In Cap. 1.

Ecce Deus fortis cœlo descendit ab alto,
Et populo poenas suppliciumq; parat.
Opprimet iniustos idolaq; turpia franget,
Non quis poterit consuluisse sibi.

Cap. 2.

Affligunt inopes, contemnunt dogmata Vatum,
Et iacet infamis multa rapina domi.
Et falsos querunt peruersa mente prophetas,
Ergo dabit misericordia bella Deus.

Cap. 3.

Corrigit iniustos diuina uoce Monarchas,
Qui sibi commissum diripuere gregem.
Et propter falsos Vates, qui ficta docebant,
Inuisis terret pectora dura minis.

Cap. 4.

Inclita describit uenientis secula CHRISTI,
Qui sua perpetuo sceptra tenere solet.
Hinc rursum exponit poenas et tristia fata,
Supplicium saevis hostibus inde canit.

PROPHETIA

Cap. 5.

Natales CHRISTI, uires & fortia regna
Edoceat, & quæ sit turba parata Deo.
Fœdera tollentur, nec erit, qui fata reuelet
Impie, imaginibus non erit ullus honor.

Cap. 6.

Iudicium Domini reproba cum gente notatur,
Et quæ sit sceleri poena parata canit.
Omne opus humanum Deus abijcit, illa requirit
Quæ iubet, & uitios præmia digna parat.

Cap. 7.

Infames populi mores & turpia facta,
Atq; illis, quæ sint fata futura docet.
Quid faciant, quotquot Domino confidere norunt;
Fataq; conuersis prosperiora canit.

NAHUM.

In Cap. 1.

O Mnipotens cœli rector, quem cuncta tremunt,
Sublimi Nineue bella cruenta parat.
Causa est impietas & uana superbia cordis.
Erepti cernent gaudia læta pij.

Cap. 2.

Arma pares, moneo, ueniet tibi luridus hostis,
Qui uincet, uicti dispoliabit opes.

NAH V M.

65

Vrbs modo uestra fuit saeu uelut antra Leonis,
Hec tamen expugnat dextera saeu Dei.

Cap. 3.

Excidij causas & tristia fata recenset,
Exemplis, quod sit urbs peritura, docet.
Non poterunt proceres, non extera turba iuuare,
Et socius tanti nemo doloris erit.

H A B A K V K.

In Cap. 1.

Sancrorum tristi decantat uoce querelas,
Quos premit immanni perfida turba iugo.
Dulcia promittit Dominus solatia sanctis.
Impius Assyrias cernet adesse manus.

Cap. 2.

Qui domino fidunt, cernent pia dona salutis,
Sed meritis poenis impia turba cadet.
Ebrius Assyrius, crudelis, raptor, auarus,
Idola aspiciet nil potuisse sua.

Cap. 3.

Inclita describit summi benefacta Tonantis,
Queis domuit gentes asseruitq; suos.
Dura manent miserum & damnoſa pericula Iudam,
Spem tamen in Domino iustus habere solet.

K

P R O P H E T I A
S O P H O N I A S.

In Cap. 1.

Cum terra misere cultor perdetur iniquus,
Falsi quod in cæco pectore sacra tenent.
Mendaces proceres & luxu corda repleta
Auferam, & misfis fata cruenta feram.

Cap. 2.

Hortatur falsos tandem ut resipiscere discant,
Et iustos forti pergere merue iubet.
Genibus hinc alijs dicit quoq; fat. futura,
Quæ populi rident tristia damna sui.

Cap. 3.

Inclita supremi contemnunt iussa Tonantis,
Ergo suas poenas, quas meruere, ferent.
Attamen inde suus fructus prodibit, ut omnes
Gentes astricola nomina sancta colant.

H A G G A E V S.

In Cap. 1.

Corripit hic proceres, Domini quod templi iactu
Cum proprios strueret sedula turba lares,
Prædicit poenas. Sed cum pia iussa subirent,
Tambene suscepimus fortiter urget opus.

Cap. 2.

proffo

Prospexit promittit templi nunc fata futuri,
 In coepto ut pergant rite labore monet.
 Inde sacerdotes diuino corripit ore.
 Solatur moestos ultimus inde uiros.

ZACHARIAS.

In Cap. 1.

Nueluti patres cupias trepidanda subire
 Fata, tui caueas spernere iussa Dei.
 Cernit equos uarios bis binaq; cornua Vates,
 Que populi signant fata peracta sui.

Cap. 2.

Angelus alter adest promittens tempora lata,
 Utq; locandi sicut moenia celsa docet.
 Quotquot adhuc absunt patriæ sub regnare dibus,
 Perpetuo quorum Rex Deus unus erit.

Cap. 3.

Clara Sacerdotis describit manera CHRISTI
 Crimina qui proprio nostra cruore lauat.
 Hunc spectat quisquis uenture dona salutis
 Expedit, hic pacis fert bona dona suæ.

Cap. 4.

Aurea subductus cernit Candelabra Vates,
 Que templi incoepiti splendida tecta notant.
 Hinc monet ut pergant, Dominus pia coepita innubit.

PROPHETIA

ILLA tuam sponsam, CHRISTE supreme, nota*n*

Cap. 5.

Quae dubie uolitant incerta uolumina cernit,

Hæc leges hominum falsaq; iura notant.

Sed tamen auferunt procul hinc im debita regna

Impietas, factis præmia digna ferens.

Cap. 6.

Quatuor exhibunt moderantes cuncta Monarchæ,

Sed non impediunt fortia fata Dei.

Aurea debetur diuina uoce corona.

Huic, qui constandi pectore sanctus erit.

Cap. 7.

Non curat Dominus uacui iejunia uentris,

His colitur nullo sanctus honore Deus.

Hinc operum quæ sit certissima norma bonorum

Edocet, & patrum pristina facta notat.

Cap. 8.

Prospéra promittit uenienti tempore fata,

Et pacti renouat fœder a sancta Deus.

Quæ facienda docet, Ecclesia quanta futura

sit tandem, ex multis gentibus adueniens.

Cap. 9.

Inclita Messiae longeq; patentia regna

Pingit, queq; siet forma futura Ducis.

Quis uictor, tum queis instructus uincat in armis,

Dum cunctos proprio subiicit imperio.

Cap. 10.

Vtendum precibus, Dominus dat cuncta roganti,
 Qui falsos perdet corripietq; Duces.
 Successu crescat fœlix Ecclesia latq;
 Nulla hominum uis hanc impedisse potest.

Cap. 11.

Respuuit oblatum Messiam durus Iudas,
 Et summi spernit tot benefacta Dei.
 A proprijs igitur dominis tristissima fata
 Sentiet, & reprobo pastor iniquus erit.

Cap. 12.

Multa feret Christi fœlix Ecclesia damna,
 Attamen hæc constans incolumisq; manet.
 Gratia nempe Dei defendit, spiritus illos
 Dirigit, ut CHRISTI vulnera rite gemant.

Cap. 13.

A uitios mundat nos sancto sanguine CHRISTVS,
 Et nec imaginibus tunc locus ullus erit.
 Fatidicos faciet procul hinc cessare prophetas,
 Omnis & à CHRISTO promittur alma salut.

Cap. 14.

Non impune feret, CHRISTI qui perdere membræ
 Conatur, tales ferrea fata manent.
 Vnanimis toto populi consensu in orbe
 Et studium uerae religionis erit.

PROPH. M A L.
M A L A C H I A S.

In Cap. 1.

Vos Deus elegit miserum dum reppulit Esau,
Sed Domini meritis gratia pax tua datur.
Polluitis sanctos peruerso pectoreritus,
Regnat amor nummi, regnat ubiq; dolus.

Cap. 2.

Dira Sacerdotes ingratis fata subibunt,
Totius hinc gentis perfida facta notat.
Rei scitis nuptas, alieni foedera lecti
Queritis, & summi carpitis acta Dei.

Cap. 3.

Iustus erit iudex uenturo tempore C H R I S T V S,
Qui sua peccatis præmia digna feret.
Sacrilegi cum uos sitis, tamen esse beatos
Dicitis hos, spernunt qui pia iussa Dei.

Cap. 4.

Judicium Domini tradit pœnamq; malorum,
Et quam sit felix uita futura pijs.
Vnde petenda sicut pietatis semina ueræ,
Promittit Vatem, qui sua iussa ferat.

ARGV

A R G U M E N T A I N
L I B R U M I O B.

In Cap. 1.

Iob colit altisonum deuoto pectore Regem,
Qui dederat natos diuitiasq; graues.
Permissis satanæ rerum cum d.amina suarum
Semit, cum natis & grege perdit opes.

Cap. 2.

Vlceræ foeda gerit patienti corpore, ridet
Hunc coniux: errat membra per atra lues.
Adveniunt tristes afflito pectore amici,
Impedit his uocem uerbisq; cœpta dolor.

Cap. 3.

Iob deflens saeum lachrymosa uoce dolorem,
Natalem diro deuouet ore suum.
O quanto melius fuerat postrema subire
Fata, nec in tristi ferre dolore dies.

Cap. 4.

Hec Eliphas querulum prudens accusat amicum,
Hunc factis dicens digna re ferre suis.
Angelicus etenim gregibus si parcer non uult,
Non homini parcer dextera iusta Dei.

Cap. 5.

Corrupta est hominis fallax natura miselli,
Nec summi seruat iussa colenda Dei.

L I B E R

Dic igitur, cur nam credis te indignare referres?
Quin potius sancta mente rogato Deum.

Cap. 6.

Iob patiens multis prudentes culpat amicos,
Quod se supplicium commiseruisse ferant.
En nunc tempus adest, quo sunt solatia danda,
Cum mea scominatibus lædere corda iuuat.

Cap. 7.

Militibus quoniam similes iactamur in armis,
Sæpe solet iustis mittere flagra Deus.
Et licet in luctu lachrymosas edere uoces:
Non etenim durum cor adamanta gerit.

Cap. 8.

Nunc sua Subites enarrat dogmata Bildad,
Multaq; non falsa cum ratione probat.
Nempe Deus cum sit iustus pro crimen poenam
Infert, insonti nec nocuisse studet.

Cap. 9.

Planius hic rursus patiens respondet amicis,
Punior ab insens: iustus at ipse Deus.
Hic etenim affligit pariter prauosq; bonosq;
Sed tamen hac iusta cum ratione facit.

Cap. 10.

Non ego commisso plector pro crimine, sed qui
Cuncta regit luctus author & ansa mei est.
O utinam primo perijsem tempore partus,

Nois

Non hos uidisset uita molesta dies.

Cap. 11.

*Mordaci Zophar reprehendit pectore lobem,
Atq; reum nimiae garrulitatis agit.
Quod uelit altisoni memorem explorare profundam,
Et fastu tollat pectora celsa suo.*

Cap. 12.

*Intentata sibi prudens lob crimina purgans
Accusatores horum agit ipse reos.
Enfultus uideor uesceno & corde superbus,
Cum mea, quæ dixi, cum ratione probem.*

Cap. 13.

*Denuo fallaces patiens conuincit amicos,
Se tales poenias promeruisse negans.
Hos autem prodit mendaces esse malosq;
Qui se non meritum fraude doloq; notent.*

Cap. 14.

*Prouocat ad summum deuoto corde Tonantem,
Omnia qui certa cum ratione regit,
Et brevia enumerat mortalis tempora uitæ,
Interitusq; optat tempora mœsta sui.*

Cap. 15.

*Afflictum multis Eliphaz reprehendit amicum,
Illiū ingenium & corda superba notans,
Quodq; ferat meritas poenas ratione probare
Nititur, at falsa cum ratione probat.*

LIBER

Cap. 16.

Iob probat heic rursum nullo se crimine plectis:
Sed fieri haec fortis non sine lege Dei.
Hinc rursum enumerat lachrymosae tædia uitæ,
Quintaque in afflictio corpore damnata ferat.

Cap. 17.

Iudicio Domini causam permittimus omnem,
Iudicij causas nouit & ille sui.
Vos autem insipidi & uera ratione carentes
Cedite, non me etenim talia uerba uiuunt.

Cap. 18.

Aspera Subites intentat crimina Bildad,
Et miserum diro corripit ore uirum.
Quoniam etiam interitum supremaque fata minatur,
Ni tandem hunc sceleris pœnituisse uelit.

Cap. 19.

Admetet infestos nimium Iob tristis amicos,
Ne misero impingat tot maledicta sibi.
Non etenim impietas tanti est mihi causa doloris.
In Christo spes est præsidiumque mihi.

Cap. 20.

Iniusto rursum condemnat crimine Iobem
Zophar, quod uitijs præmia digna ferat.
Et quia non studeat pura resipiscere mente,
Huic fatum extreum perniciemque canit.

Cap. 21.

Denuo

Denuo Iob patiens duris respondet amicis.

Se uera duci cum ratione probans.

Nam si pro meritis hec iam mihi damna feruntur,

Cur malus incolu[m] prosperitate uiget?

Cap. 22.

Intentat rursum Themanites crimina Iobi,

Quod ferat hic meritis fata petita suis,

Incusat sceleris, multum suadeiq[ue]; monetiq[ue];

Vt tandem illius penituisse uelit.

Cap. 23.

Non scelus admisi (dicit Iob) rector Olympi

Hec tamen haud falsa cum ratione dedit.

Ips[eu]s etenim nouit mortalis munia uitæ,

Et quo sint illi cuncta regenda modo.

Cap. 24.

Cum sint fœlices omniq[ue] ex parte beati,

Qui uarias fraudes & scelus omne incurant,

Cum doleam sancti: non est quod nostra notetis

Crinaria: nempe Deus hec nubi damna dedit.

Cap. 25.

Denuo præfracto respondet pectori Bildad,

Vt Iobem sceleris comprobet esse reum.

Cum peccent omnes humano semine nati,

Iustitiam propriam cur celebrare iuuat?

Cap. 26.

Iob ait: ah cur uos uacuum sumptuose dolorem

L I B E R

Sic iuuat, & frustra tot mihi uerba loqui:
Ipse etenim noui, quam magna potentia summa:
Sit patris, humanum que latet ingenium.

Cap. 27.

Denuo lob digno se non pro crimine plecti
Constanti & uera cum ratione probat.
Hinc stupidos etiam digne reprehendit amicos,
Multa quod haud uera cum ratione probent.

Cap. 28.

Omnia perquirit humani industria captus,
Quae pariter tellus contegit atq; mare.
Sed, cui non desit prudens sapientia, mentem
Solus ab ætherea proferet arce Deus.

Cap. 29.

Vt uideant merito se non pro crimine plecti,
Elapsæ uitæ reppetit ipse statum.
Qui pariter laudes propriumq; recensem honorem,
Quem dederat uirtus & pietatis amor.

Cap. 30.

Ipse tamen nuper tanto cumulatus honore
Hei miser, en que nunc damna pudenda fero
Irrident omnes, iaciuntur scommata salsa,
Et queis profueram, iam nocuisse student.

Cap. 31.

Si tamen has merui iustas pro crimine poenas,
Si nocui miseris, si mala damna dedi.

*Si non adiuui lachrymoso pondere pressos,
Dispeream, ac mortis sit mora nulla meæ.*

Cap. 32.

*Iob tacet et pariter prudens uox defit amicis,
Nec uerbis illum perdomuisse queunt.*

*Ast Elihu prudens primis iuuenilior annis
Prodit, et errantes taxat utrimq; uiros.*

Cap. 33.

*Heic Elihu docto Iobem sermone reprendit,
Hunc propriæ cernens fidere iustitiae.*

*Non licet altisonum uerbis taxare tonantem,
Cum nihil incerta pro ratione gerat.*

Cap. 34.

*Multa quidem patiens Iob tristi in corpore damna
Sustinuit, quorum moesta querela sonat.*

*Sed tamen haec Domino fuerint tradenda supremo,
Hic siquidem leges iudiciumq; tenet.*

Cap. 35.

*Fert etiam magni peccatum Rector Olympi,
Non etenim huic hominum facta nocere queunt.*

*Sæpius iniusta meliores fraude premuntur,
Cum non sincero pectore uota fluunt.*

Cap. 36.

*Si summi inspicias tot splendida facta tonantis,
Hunc disces uera tunc coluisse fide.*

Non iniustus enim est, meritis sed dignare pendit

L I B E R

Præmisit multorum sic quoque fata docent.

Cap. 37.

Consilium Domini cum nemo agnoscere posset,
Quid iuuat in cassum fundere uerba diu?
Huius enim sapiens uersat prudemia cœlos,
Ut capiat cæcus pectora nostra stupor.

Cap. 38.

Compellens miserum cœli de turbine lobem
Altisonus, sacro corripit ore uirum.
Dic age, qui nobis nimium te opponis inique?
Num tibi uirtutis cognita causa meæ esse

Cap. 39.

An nosti quia nam uiuant animalia lege,
Ingenio tantum qui fapis usq; tuos
Territus his tandem lob uerba superba fatetur,
Et ueniam cæca pro impietate rogat.

Cap. 40.

Dic age, num sonitu trepidanda tonitrua redde?
Num, rogo, tu solus corda superba domas?
Num tibi succumbent Elephantis robora magni?
Viribus an cedent grandia cœte tuis?

Cap. 41.

Num tibi Leviath an deuictus robore cedet?
Num unces, que hominum unicere dextra nequit?
En quod totius sit uana potentia mundi
Aspicias: Et Dominum corripuisse studes?

Cap.

Cap. 42.

Iob commissa Deo summo peccata fatetur,

Et ueniam iusto postulat ore pius.

Cum Iobe & Domino redeunt in foedus amici.

Hic rursum sobole diuitijsq; ualeat.

ARGUMENTA IN LIBRVM PSALMORVM.

In Psal. 1.

Ule beatus erit, uiuetq; per omnia felix,

Quem semper Domini dogmata sancta iuuant.

Qui scelus omiae fugit, uitij & consortia uitat.

At contra, hei, misere turba prophana cadet.

Psal. 2.

Quo ruitis miseri? num Christi frangere regnum

Conatur saeuo pectore uestra manus?

Irrita sunt copta hæc, pugnant contraria fata,

Et magna hinc uestiræ damna salutis erunt.

Psal. 3.

Impia cum figeret crudelis prælia nati,

Hæc cecinit moesto pectore uerba pater.

Hostis ubiq; ruit, Deus ô defendito fortis.

Nam de te solo prouenit alma salus.

Psal. 4.

Affere me tandem iudex iustissime mundi,

L I B E R

Qui scis nullius criminis esse reum.
Tu quoq; stulta cohors uanis deflito cœptis.
Est Deus, est qui me non timuisse sinit.

Psal. 5.

Hec cecinit sæui perpessus prælia Saulis,
Et Domini fido pectori poscit opem.
Cui pietas placet, impietas sed displicet, en nunc
Me pium ab immitti surripe queso manu.

Psal. 6.

Improba crudelis expertus tormenta morbi,
Has dedit ad Dominum corde dolente preces.
Crimina condona morbiq; pericula tolle,
Letetur fato ne mala turba meo.

Psal. 7.

Impius insequitur me nunc Deus alme tyrannus,
Insontemq; reum seditionis agit.
Eripe sancte Deus, tibi nam confidere pergo.
Impius en proprij fit sibi causa mali.

Psal. 8.

Quanta sit æterni docet hic clementia patris,
Quam licet ex factis cernere rite suis.
Deniq; quanta hominis sit laus et gloria quanta,
Cuius ad imperium condita quæq; uident.

Psal. 9.

Dum sœuos Domini auxilio compescuit hostes,
Hec summo cecinit clara trophyæ Deo.

QVI

P S A L M O R V M.

73

Qui iustas sumis fuso pro sanguine poenas,
Sic semper iustos afferuisse uelis.

Psal. 10.

Ad Dominum fundunt afflito corde querelas
Heic omnes, quotquot turba prophana premit.
Qui te contemnunt, mundi sanctissime iudex,
Fac uideant, terras qui regat, esse Deum.

Psal. 11.

Plurimus absconsim cum Sauli proderet hostis,
Se docet indignum, qui mala tanta ferat.
Me fecit Regem Dominus, qui uestra reperdam
Crimina, cum poenas gens scelerata dabit.

Psal. 12.

Impia mordaces configunt crima lingue,
Et toto falso regnat in orbe dolus.
Aspicit haec Dominus, qui iam sua dira minatur
Supplicia, & Verbum proferet inde suum.

Psal. 13.

Vndiq; damna mihi & trepidanda pericula surgunt
O Deus: an miserum deseruisse cupiss?
Impius en uno tunc corde superbiet hostis.
In te sperantem surripe quo so, Deus.

Cap. 14.

Fœdæ sui queritur corrupti crima seculi,
Quo iacuit rectum & cum pietate fides.
Vndiq; fraus, uitium, dolus & uiolentia regnat.

L

L I B E R

Defendat gentem nunc, Deus alme, tuam.

Psal. 15.

Dic mihi cœlestis quis habebit præmia uitæ?

Qui puro querit pectore & ore Deum.

Qui nulli nocuit factis, nec fatur iniquas:

Sed potius cunctos rite iuuare studet.

Psal. 16.

Splendida describit sua sint quæ insigia David,

Et summum quod nam credatis esse bonum.

In Dominum spero, quoniam hic mea sola uoluptas.

Ille suis etenim munera lœta dabit.

Psal. 17.

Cum nullæ iustis pateant clamoribus aures,

Audi quæso meas, ô Deus alme, preces.

Iustus es, eripias igitur de fraude malorum,

In te sperantem qui perijisse uolunt.

Psal. 18.

Tu Deus es roburq; meum clupeusq; salutis,

Te meritis igitur laudibus usq; ueham.

Pugnabant armis multi, multiq; premebant

Insidijs, semper te duce uictor eram.

Psal. 19.

Omnia quæ Phœbus flammanti illuminat axe,

sit Domini altisoni gloria quanta, docent.

Omnia sed uincit diui uis maxima Verbi

Irradians dulci pectora cœca facit.

Exaudi

P S A L M O R V M .

74

Psal. 20.

Exaudi placidus nostri sanctissima Regis
Vota Deus, muti suscipe corde sacra.
Impia turba cadat, tibi que confidere non mult.
Nec tibi fidentem deseruisse uelis.

Psal. 21.

Iam dignas reddit diuo pro munere grates,
Hostilis frēgit quod fera tela manus.
Corruit infelix misera cum gente tyranus.
Sic perge, ô, nobis semper adesse, Deus.

Psal. 22.

Tristia deplorat expulsus fata prophetes.
Sunt meliora illum fata secuta tamen.
Sic moriens Christus gelidaq; à morte resurgens
Imperi fines prorogat usq; sui.

Psal. 23.

Ampla Dei fœlix Dauid benefacta recenset,
Qui teneras placido pectore pascit oves.
Et licet affligat, tamen hinc solatia sumunt
Sancti, horum nunquam quippe peribit honor.

Psal. 24.

Qui Deus est mundi factor summusq; Monarcha,
Is uere & pura mente colendus erit.
Non tamen externus cesset de pectore cultus,
Cumq; bona uigeat religione fides.

Psal. 25.

L 2

L I B E R

Multiplici pressus Dauides corda dolore
Divini uerbi dogmata scire cupit.
Hinc orat ueniam peccati & pondera tolli,
Ut plebs in certa uiuere pace queat.

Psal. 26.

Incusant multi pariter, qui fraude maligna
infidias Regi me posuisse ferunt.
O Deus inspicias insontis munia uitæ,
Nec me non solum deseruisse uelis.

Psal. 27.

Quamuis multa preuant hinc inde hostilibus armis,
Est tamen in Domini lux mihi clara fide.
Eripias ergo, Verbi pia iussa doceto,
Falsiloquis ne sit causa parata uiris.

Psal. 28.

Suscipe clementi, quas fundimus, aure, querelas,
Ne poenam, impuri quam meruere, feram.
Impia turba cadet, Dominus mea uota iuuabit.
Cui meritas laudes pectora nostra canent.

Cap. 29.

Altisonum mundi nunc decantate monarcham,
Cuius in excelso gloria tanta sedet.
Qui pelago & terris & cœlis imperat altis,
Et placida gentem qui regit arte suam.

Psal. 30.

Hæc canit extuctas dum nuper dedicat ædes,

*Et summi celebrat munera multa Dei.
Sæpius occubui, sed te præsente reuixi,
Ergo tuas laudes nostra Thalia canet.*

Psal. 31.

*Proditus à reprobis infida mente Zipheis,
Hæc cecinit, menis signa decora suæ.
Fidentem soli Domino pia dextra redemit,
Hunc igitur semper ô pia turba cole.*

Psal. 32.

*Vndiq; diffuso cum iam peccetur in orbe,
Est fœlix cui non imputat illa Deus.
Vna uia est Domini, pura resipiscere mente.
Qui tenet hanc, mitem sentiet esse Deum.*

Psal. 33.

*Inclita supremi celebretis facta tonantis,
Omnia nam Verbo condidit ille suo.
Fœlicem gentem, cuius Deus ille Ichouah est,
Præsidio humano non uenit illa salus.*

Psal. 34.

*Altifono reddit grates, quod tela Gethei
Depulit, ex fidei commoda certa docet.
Qui cupiunt uitam fœlicem, numen adorent:
Afferit ille bonos, destruit ille malos.*

Psal. 35.

*Assere queso meam, Deus ô fortissime, causam,
En me persequitur nunc male grata cohors.*

L I B E R

Inſidijs ruptis, rogo, confundantur iniqui.

Ipſe tibi sancto pectore gratus ero.

Pſal. 36.

Vna mali cauſa eſt Domini pietate carere,

Et uitij forma blanditijsq; capi.

Vna boni cauſa eſt Domini pietate teneri,

Qui ſua dat ſolis commoda magna pijs.

Pſal. 37.

Proſpera non moueat iustum fortuna malorum,

Ut cupias horum facta nefanda ſequi.

Proſperitas breuis eſt illis, nec durat in æuum,

Sed quæ ſanctorum eſt, non perit alma ſalus.

Pſal. 38.

Peccati poenam morbos ſeuire cruentos

Sentio, nunc tollas crimina noſtra Deus.

Deſeruere omnes, uitam ſed tu aſſere noſtram,

Gaudia ne ueniant hoſtibus inde meis.

Pſal. 39.

Non uolui quicquam de morbi dicere poena,

Impulit at ſeuus triftia uerba dolor.

Fruola res hominum eſt: peccati pondera tolle,

O Deus, et ſeruum perge iuuare tuum.

Pſal. 40.

Oraui Dominum, mitis mea uota recepit,

Officijs multis affuit ille mihi.

Ergo Dei ſeruus nunquam ſua facta tacebo,

Tu tamen abiectum tollere, quæso, uelis.

Psal. 41.

Fœlix est in opum quisquis miseretur alitq;

Nunc igitur miserum me Deus alme iuuia.

Sunt hostes multi, falsi insidiantur amici,

Eripe tu, nomen tunc celebrabo tuum.

Psal. 42.

Dauides regno pulsus petit inde reduci,

Vt solito possit sacrificare modo.

Mludunt multi, sed tu, Deus optime, nobis

Adsis, pro meritis carmina digna canam.

Psal. 43.

Exul & extorris deiecta mente precatur,

Vt iusti causam nunc Deus altus agat.

Restitua regno, laudes ut soluere possim,

Et solita rursus religione frui.

Psal. 44.

Opprimimur miseri, qui numina uera fatemur,

Et uario afflitgit turba prophana modo.

At tu qui patres iuuisti, deseris ecce

In te fidentes: O Deus alme iuuia.

Psal. 45.

Inclita sceptrigeri cantat connubia Regis,

Quæ petiit forti nupta puella uiro.

Pingitur his uiuenti Ecclesia sancta colore,

Quæ C H R I S T O est læto tradita coniugio.

L I B E R

Psal. 46.

Adiuti à Domino Coritæ splendida cantant
Carmina, queis grata mente placere uolunt,
Sic canit euenu felix Ecclesia læto,
Quam pius è summa protegit arce Deus.

Psal. 47.

Nuper Iudeis tantum celebratus in agris,
Nunc fortis toto regnat in orbe Deus.
Psallite nunc illi, prudenti psallite mente,
Hunc etenim cuncti iam coluisse student.

Psal. 48.

Læti sancta Deo uictores carmina cantant,
Cuius & heic laudes nunc celebrare iubent,
Sic canit & læto uictrix Ecclesia corde,
Quam Deus hostili protegit usq; manus.

Psal. 49.

Nulla fides opibus, res uana est multa tenere,
Moxq; perituriis fidere diuitijs.
Nec Deus has curat, tristeis sed punit auaros,
Cum sancti in uera prosperitate manent.

Psal. 50.

Iudicat heic omnes supremi rector Olympi,
Qui falsa fidunt religione, uiros.
Respicio fucatos cultus, nec sacra requiro,
Quia potius sancto fidito corde mihi.

Psal. 51.

Turpis

Turpis adulterij lachrymosa uoce precatur

Danides ueniam, ne premat ira Dei.

O Domine emunda miserum, fac spiritus adsit,
Qui renouet uitæ damna probrofa meæ.

Psal. 52.

Impie, quid nimium scelerata laude superbis?

Vix quid sæuit sic tibi lingua Doëg?

Iam tibi iudicium Domini poenæq; parantur,
Cum mea non unquam sit moritura salus.

Psal. 53.

Impia conqueritur teneant quod sceptra tyranni,

Quod non sit fidei, non pietatis honor.

Opprimitur populus, tibi quem seruire decebat,

O Deus, ah tandem nos tua dextra iuuet.

Psal. 54.

Proditus à patria diuinus gente prophetes

Hæc canit, inuidiae copta dolosq; notans.

Præsidium nostrum Deus est, non deseret ille,

Cum poenis hostes, quas meruere, cadent.

Psal. 55.

Vt uidet ingratos, quos multum iuuerat ante,

Conqueritur meritis non sua dona dari.

Terribiles pereant non sicc a morte tyranni:

At tibi fidentem protege, summe Deus.

Psal. 56.

Agnitus infelix crudeli à gente Gethei

L I B E R

Diuinam tristi mente precatur opem.
Affligunt multi, nostros tu respice fletus,
O Domine, & meritis laudibus ista ueham.

Psal. 57.

Vndiq; consurgunt trepidanda pericula mortis,
Insidias uite quæ posuere meæ.
At tu surge Deus diffundens cœlitus hostes,
Ut laudes resonent carmina nostra tuæ.

Psal. 58.

Iustitiae proceres David reprehendit iniquos,
Qui turpi flectunt iura retorta dolo.
Sed subito, & numium crudeli morte peribunt,
Morsq; horum sanctis gaudia mille feret.

Psal. 59.

Eripe, sancte pater, quem seua pericula mergunt,
Quem tibi fidentem perdit iniqua cohors.
Ah pereant inopes tardanti morte tyranni,
At tu sis uite portus & aura meæ.

Psal. 60.

Laudatur grata foelix uictoria uoce,
Quia Deus immanes perdidit ipse Syros.
Et merito, quoniam tu spes es nostra salusq;.
Ergo tuam noli tollere dirus opem.

Psal. 61.

Obrutus insanis, hæc clamo, fluctibus, ad te,
Sit tua nunc uotis auris aperta meis.

Te nunc ueracem simul ac ostende benignum:
Sic digna semper laude uehère Deus.

Psal. 62.

Sæpius infidos cum iam sensisset amicos,
Hæc cecinit fidei symbola certa suæ.
Quisquis es humanis noli confidere rebus,
Fide Deo nullum fallere quippe solet.

Psal. 63.

Exul ex extorris Domini pia sacra reliqui,
Quæis me præ cunctis semper adesse uelim.
Impia turba nocet, Domini quam destructuens,
Saluifica tu me protege, quæso, manu.

Psal. 64.

Tristia conqueritur mendacis vulnera lingue,
Et Domini moësta uoce requirit opem.
Ecce dabit poenas lingue formator inique,
Cum pius à Domino præmia digna feret.

Psal. 65.

Hactenus infelix frugum nos pressit egestas,
Crimina nostra illud commeruere malum.
Nunc melior nobis Domini pia gratia fulget,
Hinc omnis poterit discere turba Deum.

Psal. 66.

Hactenus infelix sæuo Bellona flagello
Terruit, et diro miscuit ense minas.
Afferuit tamen hinc supremi rector Olympi,

L I B E R

Hic igitur merita laude canendus erit.

Psal. 67.

Sis clemens Deus alme tuis, tua lumina profer,
Et toto regnet nomen in orbe tuum.
Te cuncti agnoscant, lætentur corde sereno,
Et sumant terræ munera digna simul.

Psal. 68.

Crudeles postquam David compescuit hostes,
Hæc cecinit fortis carmina digna Deo.
Asolet hic etenim propriam defendere gentem,
Dum cadit in cœptis impia turba suis.

Psal. 69.

Obrutus insaniis (miserum me) fluctibus, ora
Vix possum è turpi tollere moesta luto.
Eripe summe Deus, inimicis digna repende
Præmia, tunc laudes & tua facta canam.

Psal. 70.

Fer festinus opem, pudefiat turba prophana,
Et capiant de me gaudia digna pij.

Psal. 71.

Tu mea spes semper, supremi ôructor Olympi,
Cum fueris, nostras percipe, quæso, preces.
Sunt hostes multi, sed tu defende precantem,
Dicetur meritis gratia multa tuis.

Psal. 72.

Inclita profundiunt fortis pro principe uota,

P S A L M O R V M.

79

Vt regat illius fortia sceptra Deus.
Hæc tamen ex Christi depingunt regna futuri,
Qui ueniat cunctis gemibus alma salus.

Psal. 73.

Prospера conspiciens in mundo fata malorum
Sepe pium uolui deseruisse gregem,
Sed finem aspexi miserum: cum fata piorum
Improba, suscipiant gaudia multa breui.

Psal. 74.

Sancta cohors summo queritur sua fata Tonanti,
Hostibus ut cernit sic licuisse nimis.
Eripe, sancte Deus, proprium defendito nomen,
Accipiant factis premia digna suis.

Psal. 75.

Solatur timidos, premerent cum castra prophana,
Sancta Deo pariter reddere uota docens.
Hostibus inde canit crudelia fata cruentis,
Impia ne fidat robore turba suo.

Psal. 76.

Contigit ut foelix sanctæ uictoria genti,
Ac hostes repulit dextera prompta feros.
Hæc cantant Domino, cuius uirtute geruntur
Omnia, cui nemo se opposuisse potest.

Psal. 77.

Tristia deplorat diuinus fata prophetes,
Et quæ sit mentis cura suprema docet.

L I B E R

Solatur tamen hunc sacri promissio Verbi,
Cui solet haud fallax semper adesse fides.

Psal. 78.

Repetit elapsi clarissima temporis acta,
Ut doceat summi facta stupenda Dei.
Sic decet haec semper uigilanti uoluere mente,
Et parient fructus s̄epe reuisa suos.

Psal. 79.

Digna quidem meritis patimur tristissima fata,
Has tamen exaudi nunc, pater alme, preces.
Eripito tandem tanto nos pondere pressos,
Et meritis dabimus carmina digna tuis.

Psal. 80.

O Deus, ô gentis nostrae fortissime pastor,
Aspicio populi tristia fata tui,
Restituas miseros, benefacta & pristina profer,
Non aliud quam te nos coluisse iuuat.

Psal. 81.

Ditia describit summi benefacta Tonantis,
Quęq; decet meritis reddere dona suis.
Si leges Domini sancta percepis aure,
Non deerunt unquam prospera fata tibi.

Psal. 82.

Iniustos culpat proceres, qui fraude dolosa
Iudicij leges flectere s̄epe solent.
Quodq; sit officium describit carmine docto.

Hoc

P S A L M O R V M .

80

Hoc seruent: pœnam ni meruisse uelint.

Psal. 83.

Vndiq; consurgunt gentes crudelibus armis,
In nos qui uires consiliumq; parant.
Perdere nos cupiunt: sed tu, sanctissime iudex,
Fac uideant coepitis se ualuisse nihil.

Psal. 84.

Splendida commendat supremū templo Tonantis,
Quæ sunt arx fortis præsidiumq; pijs.
His tamen ostendit fœlici Ecclesia quam sit,
Quam tegit omnipotens nocte dieq; Deus.

Psal. 85.

Restituenda docet melioris tempora fati,
Quæ rogat, ut ueniant, tempora lata, breui.
Sic ueniet leto promissus sydere C H R I S T U S ,
Et clemens secum commoda multa feret.

Psal. 86.

Da Deus insontem quo possim uiuere uitam,
Eripe de hostili me, Deus alme, manu.
Tu siquidem bonus es, fortis, sanctissimus, ingens,
Te solum gentes totaq; terra colet.

Cap. 87.

Inclita Coritæ Solymorum moenia laudant,
Quæ clarent fama præsidioq; Dei.
Sic habet ipsa suas fœlici Ecclesia laudes,
Quam tegit ætherea summus ab arce Deus.

LIBER

Psal. 88.

Sentit ut infesti metuenda pericula morbi,
Cum prope iam mortis cerneret esse mundus,
Hec canit: Exaudi nos cœli maxime rex tuus,
Ecce tuam posco nocte dieq; manum.

Psal. 89.

Quæ sint uera hominis uates solatia scribit,
Cum furit immani subdolus arte Satan,
Scilicet ut uigili meditentur foedera corde,
Quis Deus æthereo numine iunctus adest.

Psal. 90.

Sepius iratum Dominum gens impia mouit,
Ut meritis caderet turba prophana malis:
Sed rogit ardenti ueniam nunc pectore Moses,
Disperdat populum ne Deus ipse suum.

Psal. 91.

Tutus agit uere, metuenda pericula nunquam
Hunc tangunt, omni liber & ipse malo est,
Qui summum digno ueneratur corde Tonantem,
Non alibi auxilium consiliumq; petens.

Psal. 92.

Quo celebranda sient Domini pia Sabbatha ritu,
Heic uates certa cum ratione docet.
Inclita nempe Dei meditentur facta, sed illis
Reddatur semper gratia digna simul.

Psal. 93.

Gloria

P S A L M O R V M .

81

Gloria quanta Dei sit, quanta potentia, quanta
Majestas, que laus, carmina sancta docent.

Psal. 94.

Sancte Deus, fer opem, profer tua robora tandem,
Declara, qui orbem iudicet, esse Deum.
En miseros misere iudex nunc opprimit audax:
Tu tamen huic poenas suppliciumq; dabis.

Psal. 95.

Admonet, ut Domini decantent splendida facta,
Summaq; fœlici numina laude uchant.
Sic tamen ut leges seruent & iussa monentis,
Si cupiant terras incoluisse suas.

Psal. 96.

Fundite supremo præconia digna Tonanti,
Illiū laudem cuncta creatu canant.
Nunc etenim uenient promissi tempora CHRISTI,
Qui regnum teneat magnus in orbe suum.

Psal. 97.

Qualia sint C H R I S T I describit regna futuri,
Qui ueniens quatiet numine cuncta suo.
Gaudebunt iusti, quoniam uenit, ecce, redemptor,
Qui ueniet fœlix uitaq; luxq; pijs.

Psal. 98.

Commeritas olim Domino nunc fundite laudes,
Attollant uocem cuncta elementa suam.
Iustitiam lœto quoniam nunc protulit orbi,

M

L I B E R

Et sancta clemens omnia lege reget.

Psal. 99.

Que Domini bonitas et quanta potentia psallit,

Plenius in C H R I S T O quam dedit ipse suo.

Hinc monet, ut cuncti celebremus laudibus illum,

Ne meritis desit gratia digna suis.

Psal. 100.

Sæpius unanimes sacros iuisite coetus,

Cantantes meritis laudibus usq; Deum.

Psal. 101.

Officium ueri describit principis omne,

Sceptraq; quo deceat credita ferre modo,

Qualem promittit se tunc quoq; rite futurum,

Si promissa sibi regna tenere queat.

Psal. 102.

Exaudi nostras miti, precor, aure querelas,

Qui regis imperio sceptr'a suprema tuo.

Afflictos etenim nos summa pericula mergunt,

Que poteris solus tollere, summe parens.

Psal. 103.

Inclita describit summi benefacta parentis,

Que pariter mundo contulit atq; sibi.

Incitat inde suos, ut grato pectore laudes

Astricolæ regis factaq; magna canant.

Psal. 104.

Aeternas cœli Domino nunc psallite laudes,

Omnis

Omnis illius nomen in orbe canant.
Hic etenim coelum, terras pontumq; creauit,
Condita prudenti dirigit atq; modo.

Psal. 105.

Laudibus ut meritis discant celebrare Tonantem,
Illiū in populum nunc benefacta canit.
Scilicet, ut primo sanctum suscepit Abram,
Promissos dederit utq; fidelis agros.

Psal. 106.

Cum ferret tristi Babylonia uincula collo,
Hec cecinit summo turba misella patri,
Iustitiam celebrans huius mirandaq; facta,
Et lētam ardenti pectore poscit opem.

Psal. 107.

Nemo sit, æterni quin laudet facta parentis,
Hic etenim terras sydera & alta regit.
Hic iuuat afflitos, morbos tollitq; famemq;
Liberat hic captos, imperat ille mari.

Psal. 108.

Qui rapuit sœui sœuo de milite Saulis,
Hunc canit, & digno personat ore Deum.
Interea regni memor est, quod & ipse daturum
Se dixit Dominus, fallere at ipse nequit.

Psal. 109.

Hostibus oppresis nostram quæso assere causam,
O Deus, ô uite portus & aura meæ.

L I B E R

Eripito miserum, qui se tibi credidit uni,
Et meritas poenas gens scelerata ferat.

Psal. 110.

Prospера decantat uenturi tempora Christi,
Quæq; sit illius forma futura docet.
Sit Deus ille licet, tamen est è uirgine natus,
Quem iubet à dextra parte sedere Deus.

Psal. 111.

Quanta Dei bonitas, quæ sit prudentia, robur
Sit quantum, paucis pagina sacra docet.

Psal. 112.

Prosperitas hominis quæ nam sit uera, beatus
Quis sit, quæ iustis præmia danda, canit.

Psal. 113.

Maxima cœlestis trepidanda potentia patris
Laudatur nutu qui regit astra suo.

Qui licet in cœlis habitet, tamen infima terræ
Inuisens, humilem non perisse sinit.

Psal. 114.

Magna Dei cantat diuus miracula uates,
Quis populum è Pharia sustulit ille manus.

Psal. 115.

Cum tanta excellat supremi rector olympi
Virtute, hunc omnes nos coluisse decet.
Cur etenim libeat simulachris fidere mutis,
Quæ pariter uita cum ratione carent?

Psal.

P S A L M O R V M.

83

Psal. 116.

In fidias falsa posuerunt mente Ziphei,
Proditum et eripuit dextra parata Dei.
Nunc igitur dignis commendat laudibus illum,
Qui fuerat uite spes modo sola suæ.

Psal. 117.

En gentes cunctæ sumnum celebrate Tonantem.
Hic solus uerax, solus et ille bonus.

Psal. 118.

Cum David regni cepisset fortia sceptræ,
Et populus regem hunc diceret esse suum.
Hæc cecinit, mentis certissima symbola gratae,
Extollens fortis tot benefacta Dei.

Psal. 119.

Que sint ætherei non friuola præmia Verbi,
Quid pro fit semper hoc coluisse, docet.
Deniq; quis po fit Verbi mysteria sacri
Discere, quis mentis debeat esse status.

Psal. 120.

Impia mordacis tentantur vulnera linguae,
A quibus insontem protege queso, Deus.

Psal. 121.

Vndiq; cum miserum metuenda pericula tentent,
Nec sit qui cupidum surripuisse queat,
Ad summum coeli rectorem lumina tollo,
Non etenim seruum deseret ille suum.

LIBER

Psal. 122.

Hortatur populum sacra m̄ quo corde benigno
Acedem, non duri, uisere saepe uelint.

Psal. 123.

Cum saeuia Ammonidum sentiret prælia, cumq; immanes struerem bella cruenta Syri,
Hec cecinit Domino, qui spes est una salutis,
Solus hic è dannis surripuisse potest.

Psal. 124.

Ni Deus altisonans magni mens maxima mundi
Afflictis blanda mente tulisset opem.
Actum erat, ex uiuos crudeli dente uorassent,
Sed Deus à saeuio liberat hoste pios.

Psal. 125.

Permanet immotus Domino qui fidere nouit,
Nam Deus auxilium præsidiumq; pio est.
Non tamen hanc sortem poterunt tenuisse prophani,
Sed meritas pœnas impius omnis habet.

Psal. 126.

Quamuis multa premant ludibria fortis inique,
Et ueniant genii multa pericula piæ,
Mox tamen hora uenit, Dominus qua respicit illam,
Et tunc pro lachrymis gaudia lœta feret.

Psal. 127.

Quid iuuat infiustos toties subijisse labores?
Sæpius et fessam solicitare manum;

Batt

Nam nisi nos Dominus miti respexerit ore,
Iam perit in cassum cura laborq; tuus.

Psal. 128.

O foelix nimium perq; omnia fata beatus,
Qui Domini leges iussaq; sancta colit,
Non etenim casus fortunae cernet inique,
Latus & euentus posteritatis erit.

Psal. 129.

Sepius insontes nos hostis preſit iniquus,
Dum uoluit telis perdere & arte pios.
Sed frustra: quoniam Dominus nos liberat omni
Damno, dum poenas gens scelerata subit.

Psal. 130.

Mersus in atroci per ſea pericla profundo,
Ad Dominum uoui corde dolente preces.
Et merito: quem etenim non huius dextra iuuaret,
Qui tollit miti crimina nostra manus?

Psal. 131.

Non fuit in nostro uentosa superbia corde,
Sed pressum, ac uere cor puerile fuit.
Talis erit, quisquis Domino confidere soli
Vult, & non de ſe ſentiet alta nimis.

Psal. 132.

Templa uouet Domino, populum cum pestis iniqua
Attereret ſceleris, feruida poena, mali.
Hec tamen agnoscit foelix Ecclesia, cuius

LIBER

Gloriam & euentus præsidiumq; canit.

Psal. 133.

Prospера succedat quanto concordia fructu,
Præmia que pacis, carmina sancta docent.

Psal. 134.

Tollite diuinas deuoto pectore uoces,
Laudibus æternis & celebrate Deum.

Psal. 135.

Laudibus altisonum dignis celebrate parentem,
Qui fecit pontum, sydera & arua simul.
Est etenim fortis, iustus, sapiensq; benignusq;,
Et populo lætam ferre paratus opem.

Psal. 136.

Psallite supremo nunc carmina digna Tonanti,
Quem Dominum agnoscunt cuncta creatura suum.
Hic populum electum Pharijs eduxit ab aruis,
Hostibus & uictis tecta petita dedit.

Psal. 137.

Vincula captiui deflent Babylonia tristes,
Funditur æthereo moesta querela patri.
Uia docent homines deceat quid, quando crucifitus
In miseros hostis uim tenuisse solet.

Psal. 138.

Heic meritos Domino memori fert pectore grates,
Sæpius afflito qui tulit almus opem.

Psal. 139.

Tc,

Te, Deus, absconsos qui nosti in pectore sensus,
 Cui nihil ignotum nilq; latere potest,
 Te ueneror semper, sed toto corde prophanos
 Odi, tu in soncē me simul esse uides.

Psal. 140.

Eripe quæso, pater stellantis rector Olympi,
 Ne struat insidias subdola lingua mibi,
 Vndiq; proh miserum, uiolentis artibus instant,
 Fac subeant propria damna parata manu.

Psal. 141.

Adsis, summe Deus, nostram defendito mentem,
 Et freno linguam retrahē, quæso, meam.
 Ne mala deceptus faciam, ne turpia dicam.
 Hostibus ab tandem sit sua pœna meis.

Psal. 142.

Vndiq; cum mortis trepidanda pericula uexem,
 Ac instent capiti damna dolosa meo,
 Ad Dominum solum fundo mœstissima uota,
 O pater, ab tandem me eripuisse uelis.

Psal. 143.

Immeritum uerat coepitis crudelibus hostiis,
 O Deus, en seruum respice, quæso, tuum.
 Fac, ne fors animus quicquam delinquat inique,
 Concidat & meritis gens scelerata malis.

Psal. 144.

Impia cum reprobi cessassent prælia Saulis,

LIBER

Cumq; Pal: stine gens superata foret,
Hec canit altisono resonantia uerba parenti,
Quæ sunt huic mentis symbola grata piæ.

Psal. 145.

Te Deus omnipotens celebrabo carmine semper,
Atq; tuas laudes & beneficia canam.
Tu quoniam solus coelum terrasq; creasti,
Et nunc pro nutu dirigis illa tuo.

Psal. 146.

Principibus noli seculo fidere corde,
Mox etenim illorum spes perit atq; salus.
In Dominum potius tut a confidito mente,
Hic etenim oppressos dirigit atq; iuvat.

Psal. 147.

Sunt licet in miseros ueniemia multa pericla,
Sit tamen in forti mens bene firma Deo.
Hic etenim captos peregrina è gente reducet,
Et patriæ reddet moenia grata pijs.

Psal. 148.

Omnia supremum celebrent elementa Tonantem,
Illi⁹ & laudes concinat omnis homo,
Ille potest etenim cornu præstare salutis,
Ille dat afflictis, quam petiere, manum.

Psal. 149.

Qui populum afferuit pressum crudelibus armis,
Hic mihi promerita laude canendus erit.

Carmina

*Carmina sic etiam CHRISTVS se digna meretur,
Cuius sub pedibus gens inimica iacet.*

Psal. 150.

*Splendida cantantur Domini præconia fortis,
Qui solus fortis, strenuus atq; potens.*

ECCLESIASTES.

In Cap. 1.

MAgna fuit semper doctorum quæstio: summi
Qui nam sit miseris fons & origo Boni.
SCIRE bonum non est, licet omnia noueris: illud
Heic Solomon multa cum ratione probat.

Cap. 2.

Delitias multi querunt: sed nulla uoluptas
Integra, nulla Boni nomen habere potest.
Nec labor infelix turba à sapiente probatur,
Cum mentem cruciet cura dolorq; grauem.

Cap. 3.

Quæcunq; orbis habet, fieri certo ordine debent,
Nam Dominus cunctis tempora certa dedit.
Desipiunt, quotquot animas occumbere credunt,
Vt luxum possint delitiasq; sequi.

Cap. 4.

Primatus misere multos affigit & angit,
Sunt rixa, lites, iniuriaq; malum.

ECCLESIASTES.

Cedit amor longe, fœlix Sapientia cedit,
Ergo bonum non est, sceptra tenere manu.

Cap. 5.

Sit sermo purus tibi, non sint irrita uota,
Ac animo uigili crimina tetra fuge.
Diuitijs nunquam non affliguntur auari,
Ergo bonum summum nullus auarus habet.

Cap. 6.

Hei quantus dolor est, præsentis cernere nummos,
Attamen et proprijs non bene posse frui?
Quid, quæso, in foelix uenturis prospicis annis?
Omnia, num nescis, qui regat, esse Deum?

Cap. 7.

Fac cures famam et mortem: conuiuia uites,
Et semper magni uerba monentis habe.
Atq; iram fugito, lætos Sapientia fructus
Afferet: omnigeni foemina causa mali est.

Cap. 8.

Laudatur celebris docta Sapientia uoce.
Et quæ principibus uita tenenda siet.
Iudicium Domini, non ulli carpere fas est,
Nemo etenim illius cernere facta potest.

Cap. 9.

Iudicium Domini quia nescit turba prophana,
In scelus et uitium perniciemq; ruit.
Sed qui cuncta regit Deus est. Sapientia multum

Proderit

Proderit, à reprobis spernitur illa tamen.

Cap. 10.

Quis sapiens est? quis stultus? Tentatio nobis

Quo nam sit ritu & corde ferenda, docet.

Ordo peruersus, mala lingua & mente Senatus

Insipida, populis sepe nocere solent.

Cap. 11.

Munificus gaza de diuite profer egeno,

Et meritis ueniet gratia digna tuis.

Non mora sit, moneo, quin mox resipiscere pergas.

Incertum est etenim que ferat hora necem.

Cap. 12.

Affectus reprimas, & recte uiuito semper,

A pueris tua sit cura timere Deum.

Nulla salus cum mors pulsat tristisq; senectus.

Tunc corpus terram, spiritus alta petit.

ARGUMENTA IN EXCELLENTIS. CARMEN SOLOMONIS.

In Cap. 1.

Sponsa uocans sponsum cupit ut secum oscula iungat:

Non cures, quod sim corpore fusa nigro.

Quæsum reperit diuino corde maritum.

Alternas laudes & pia facta canunt.

CANTICVM CANT.

Cap. 2.

Theſaurus tibi ſum. ſponsus mea ſumma uoluptas:

Hic ſua proponuit myſtica dona mihi.

Definite ô falſi doctores fallere ſponsam.

Nunc uerni in CHRISTO temporis hora uenit.

Sponsa placet Domino petræ quia nixa cauernis.

Doctores uanos, CHRISTE ſupreme, fuga.

Cap. 3.

O quamis curis quantisq; laboribus illum

Quæſiui, cuius me rapit almus amore?

Nunc tamen inuentum uigilami corde tenebo.

Hæc fidei fructus myſtica uerba docent.

Cap. 4.

Pulchra ſue pingit dilectæ corpora ſponse,

His, quæ ſint fidei munera sancta, docet.

Inde ſuum prompto teſtatur corde fauorem.

Quo ſibi deuinctos CHRISTVS amare ſolet.

Cap. 5.

CHRISTVS amat facili sanctorum pectore fructus:

Sed deuicta graui ſponsa ſopore iacet.

Quæ dum cunctatur, diuini pneumatis aura

Exilit, at ſponsum non uidet illa ſuum.

Hunc querens digno depingit ſponsa colore,

Dum CHRISTI dotes officiumq; canit.

Cap. 6.

Grata mei ſubijt cordis penetralia ſponsus.

Hic

Hic pariter quanto flagret amore docet.
 Describitq; sue præstantia munera Sponsæ,
 Quæ tamen altisoni gratia sola dedit.
 Scilicet ut, summis licet hæc uexata periclis,
 Præsidio Sponsi uincere cuncta queat.

Cap. 7.

Denuo depingit dilectæ corpora Sponsæ,
 Diligat & quanto hanc fortis amore Deus.
 Hec etiam totam se Sponso dedicat uni,
 Promittens fidei munera digna suæ.

Cap. 8.

Sponsa suum fœlix castum testatur amorem,
 Cuius & est captus sponsus amore pari.
 Non amor hic cedet, sint multa pericula quamuis:
 Omnia nam uincens CHRISTUS in alta uolat.

A R G V M E N T A I N
L I B R O S E C C L E S I A S T I C O S
 quos alio nomine Apocryphos uocant.

L I B . S A P I E N T I A E .

Cap. 1.

Inclita sit uobis, proceres, Sapientia cordi,
 Quæ se querentes sponte iuuare solet.
 At fucum damnat, prodit mendacia, fraudes,
 Et cadit à propria gens scelerata manu.

L I B E R

Cap. 2.

Perlege quæ præue nam sit meditatio mentis,

Gaudia quæ carnis deliciasq; cupit.

Insidias iusto ponunt, ne corrigat illos.

Demonis inuidia mors truculenta furit.

Cap. 3.

Vexetur quamvis nonnullo tempore iustus,

Non tamen illius est peritura salus.

Sed pereunt tristi fato, qui iussa Tonantis

Spernum, atq; horum dira propago perit.

Cap. 4.

Fœlix, si qua piæ Virtutis pignora gignit,

Cuius non unquam dona perire solent.

Et, quæ contingunt iustis, sunt dulcia fata,

Obueniunt autem fata cruenta malis.

Cap. 5.

Cum totus stabit Domino sub iudice mundus,

Damna bunt culpæ conscia corda malos.

Perpetuum uiuent iusti, queis munera magna

Dat Deus, & mentis fortia tela piæ.

Cap. 6.

Querite iustitiam terre qui sceptra tenetis,

Inquiret rigide crimina uestra Deus.

Querite, quæ summi sapientia uera Tonantis.

Cultores nuncquam deserit illa suos.

Cap. 7.

Omnibus

S A P I E N T I A E.

Omnibus est eadem nascendi lexq; modusq;

Omnibus & simili limite uita perit.

Fœlices autem Domini sapientia quotquot

Cingit, in hac etenim commoda cuncta latent.

Cap. 8.

Queratur primis Domini sapientia ab annis,

Omnia nam sub se, que bona certa, tenet.

Divinitas parit hæc, dignos hæc gignit honores,

Hæc tibi sed sancta mente rogata uenit.

Cap. 9.

O Deus omnipotens qui Verbo cuncta creasti,

Doctrinæ mittas dogmata sancta tuæ.

Possible haud etenim est hominem tibi posse placere,

Hunc nisi coelestis spiritus usq; trahat.

Cap. 10.

Seruauit primum felix sapientia patrem,

Illa Noah seruat, hæc quoq; seruat Abram.

Seruauit Lothum, fortem seruauit Iacob,

Eripuit Phario corpora sancta iugo.

Cap. 11.

Deserto errantes Domini sapientia iuult.

Perdomuitq; famem, perdomuitq; sitim.

Fecit & ut iuste sentirent uerbera poenæ,

Cum perit in poenis impia turba suis.

Cap. 12.

Longanimes Deus est, qui uult resipiscere cunctos,

N

LIBER

Et leuibus punit corda nefanda malis.
Sed, qui longanimis contemnunt numinis iram,
Iratum cernent se meruisse Deum.

Cap. 13.

O nimium uani, quotquot pia numina coeli
Ignorant, fictum qui quoq; numen habent.
Plus tamen his uani, quotquot simulachra uerentur,
Quoq; animo stulto putrida ligna colunt.

Cap. 14.

Stultitia infelix fuerit sub imagine falsa
Orauisse Deum: punit et hocce Deus.
Author imaginibus quis nam sit, crima quanta
Hinc ueniant, multis differit inde modis.

Cap. 15.

In Dominum sperant sancti, nec imagine falsa
Fallunt, nam nanquam fallit et hocce Deus.
At miseri, quotquot fungunt simulachra coluntq;
Viribus haec cum sint inferiora suis.

Cap. 16.

Omnes iniustos, Dominum nec rite colentes
Affigit uarijs dextra suprema modis.
Adiuuat haec sanctos, defendit, ducit alitq;
Protegit et uarijs per sua signa modis.

Cap. 17.

Aegyptum tristes quondam texere tenebrae,
Terruit et gelidus pectora cæca timor.

Impietas

SAPIENTIAE.

90

Impietas semper sic casso lumine uiuit,
Terrores uanos impia turba timet.

Cap. 18.

Occumbunt primi charissimi pignora partus,
Dum festum celebrat turba sacrata suum.
Cumq; Deus populum in deserto perderet olim,
Auxilio Mosis est reparata salus.

Cap. 19.

Impia gens semper præfracto pectore pergit,
Sic etiam in meritos pergit ex ira Dei.
Afferit ille suos, nunquam dimisit inultos
Qui Verbi spernum iussa colenda sui.

ECCLESIASTICVS.

Cap. 1.

A solo cœli Domino sapientia manat.
Hanc dabit, illius si pia iussa colas.
Hic etenim solus sapiens, summusq; bonusq;
Principia est uirtus, pertinuisse Dcum.

Cap. 2.

Doctrinam querens patiemci pectore pergas.
Ex animo, caueas, ne cadat alma fides.
Nam pereunt, quotquot Domino confidere nolunt:
Sed sua dona uidet religionis opus.

Cap. 3

N 2

E C L L E S I A S T I C V S.

Prima sit augustos reuerceri cura parentes,
Hoc faciens uitæ commoda multa feret.
Sis mitis, quæ sint Domini mysteria noli
Querere, sis clemens, corda superba cadant.

Cap. 4.

Semper cura siet tristi succurrere egeno,
Sic doctrina Dei præmia læta dabit.
Discere non pudeat Verum, fuge pectoris iram.
Et studium tristis cedat auaritiae.

Cap. 5.

Viribus atq; opibus noli confidere magnis,
Longanimus caueas spernere fata Dei.
Sis animo constans, lingua moderare loquacem.
Nemini et insidias lingua nocuia struat.

Cap. 6.

Inclita amicitiae scribit præcepta colende,
Et quo cognoscas pectora falsa modo.
Semper et à primis annis sapientia cordi
Sit tibi: prudentum percipe uerba libens.

Cap. 7.

Crimina fac fugias, dominatum querere noli:
Nullum contemnas: sepe rogato Deum.
Et mendax non sis, commercia sancta sequaris.
Coniugis et famuli sit pia cura tui.
Instituas natos: Dominum colito atq; parentes,
Omnibus expositus munificusq; sis.

Cap.

ECCLESIA STICVS.

91

Cap. 8.

Iurgia, probra caue (moneo,) tum sponfor haberi
Noli: sit proprio dignus honore senex.
Audaces fugito, stultos iræq; paratos:
Quæq; latent tecto pectore nemo sciat.

Cap. 9.

Coniugij leges, scortorum incommoda narrat,
Et que nam ueteris lex sit amicitiae.
Divitias prauas fugito et confortia praua:
Sit quoq; sermonis maxima cura tui.

Cap. 10.

Principis officium certa ratione recenset,
Deuouet altitonans corda superba Deus.
Religio cunctos seruat, sufferto labores:
Fac animæ proprie sit quoq; cura tibi.

Cap. 11.

Lauda prudentes, uentoſa superbia cedat,
Sit sermo cautus, cedat auaritia.
Omnia proueniunt, Domino sic illa regente:
Cui soli pura fidere mente decet.

Cap. 12.

Cui benefacta feras, cui non, curare memento,
Præmia sunt sanctis, præmia nulla malis.
Res aduersa probat sinceri cordis amicos:
Et quoq; sic hostes indicat illa tuos.

Cap. 13.

N 3

ECCLESIASTICVS.

Imparibus (moneo) noli te iungere amicis,
illorum quoniam foedera sepe nocent.
Fortunam Vulgus sequitur, sic semper ubiq;
Laudatur diues, pauper ubiq; iacet.

Cap. 14.

Pœlicem, si quis Domino confidat, in amplis
Divitijs gaudens semper avarus eget.
Stat sua cuiq; dies, partis ergo uter rebus,
Et summi studeas discere iura Dei.

Cap. 15.

Eximios foelix profert sapientia fructus,
Quos malus insana percipere aure nequit.
Authorem sceleris Dominum ne dixeris esse,
Criminibus cum non gaudeat ille tuus.

Cap. 16.

Impia multipli crescenti tibi scenore proles
Damno est, hanc etenim deiicit ipse Deus,
Cuius in immensum diuina extensa uoluntas
Omnia prudenti cum ratione facit.

Cap. 17.

E terra Dominus mortalia corpora sumpfit,
Et docuit mentis dogmata sancta sue.
Gentibus e cunctis Izraël diligit, ergo
Laudibus hunc dignis concinuisse decet.

Cap. 18.

Nullus facta Dei poterit comprehendere sensus,

ECCLESIASTICVS.

92

Qui solus iustus, cunctaq; solus habet.
Et breuis est uitæ quia terminus, ille benignum
Se præbet, sancte quem coluisse decet.

Cap. 19.

Fac animo excedat longe damnoſa uoluptas,
Et lingue frenum fac moderere tue.
Religio Domini uera est sapientia, mores
Humani ingenij ſymbola certa ferunt.

Cap. 20.

Corripe peccantem, non nutri pectoris iram:
Cumq; decet loquitor, cum decet ipfe tace.
Cedat auaritiae ſtudium, fuge munera, fraudes.
Pectoris inſtructi non tege uerba ſimul.

Cap. 21.

Peccatum fugito, cuius certiſſima poena eſt.
Semper enim à Domino gens ſcelerata perit.
Differat à ſtulto quo nam diſcrimine prudens,
Quæ ſint amborum præmia digna, docet.

Cap. 22.

Res foeda eſt hominis languens ignavia pigri,
Inſufficient clarum pignora praua genus.
Stultum corripiens uerba ſudabis, amicos
Syncera ſemper fac uenerere fide.

Cap. 23.

O Deus ipfe mihi linguiam moderare loquacem,
Affectusq; animi reprime, quaſo, mei.

ECCLESIA STICVS.

Iuranti quæ nam à Domino sit pœna parata,
Turpis adulterij suppliciumq; docet.

Cap. 24.

Quanta sit æterni præstans sapientia patris,
Innumeris signis pagina sacra probat.
Hec fuit à prima sic condita origine mundi.
Hac regit & compleat condita quæq; Deus.

Cap. 25.

Quæ sint pulchra docet, quæ sint inhonesta, beatissimi
Qui nam sint uere differit inde simul.
Multæ nocent homini, sed cunctis fœmina peior,
Quæ proprio non uult rite subesse uiro.

Cap. 26.

Maxima dos animi est uxorem habuisse pudicam,
Improba sed coniux maxima pœna Dei est.
Scorta caue (moneo) quoniam nil turpius illis,
Vxoris castæ quim tibi crescat amor.

Cap. 27.

Tristis auaricie studium mala maxima gignit,
Religio & ratio pectora tecta probant.
Iustitiam serua, lingua sis cautus oportet,
Et fidei caueas fallere iura date.

Cap. 28.

Vindictæ cupidus Domini quoq; iura subibit,
Discordes ergo & iurgia dira fuge.
Lingua duplex odio est, quoniam nil turpius illa.

Hec

Hæc etiam multis damna nocua dedit.

Cap. 29.

Succurras inopi, fratri quoq; mutua crede,
Quæ tibi cunctisoni dextera larga dedit.
Rite fidem serua: frugalis munia uitæ
Suspicio, ne sis indigus ipse tuis.

Cap. 30.

Corrige dum poteris, dulces, tua pignora, natos,
Ne fors tristitiae sine tibi causa grauis.
Nil melius unquam fuerit mihi corpore sano.
Moerores animi tristitiamq; fuge.

Cap. 31.

Diuitias quotquot cupiunt, sunt pectora curis
Obruti, & insana non satiantur ope.
Sobrietas laudi est, semper miserere petentis.
Nec placeat pleni pectoris ebrietas.

Cap. 32.

Si fueris iudex, miti sis corde memento.
Dicito, que possint dicta decere senem.
Commendat iuuenes formosi cura pudoris,
Consilium prudens, Religionis amor.

Cap. 33.

Religione probus non ulla pericla timebit.
Et semper iustis cura placere siet.
Distribuit uarijs Dominus sua munera formis.
Sis liber, serui sit tibi cura tui.

ECCLESIA STICVS.

Cap. 34.

Fallitur iniusti spes friuola: somnia fallunt,

Sed suffulta Deo spes perisse nequit.

Non gaudet sacris supremi rector Olympi,

Cui pia cultorum uita placere solet.

Cap. 35.

Sacrificat uere, Domini qui dogmata seruat.

Hæc studeas forti munera ferre Deo.

Vindicat oppressos afflita uoce gementes

Omnipotens, misere turba prophana perit.

Cap. 36.

Assere de manibus nos, maxime Rector, iniquis,

Et populi, quæso, sis nemor ipse tui.

Prudens coniugij uenerandi umcla subito.

Possidet omne bonum, cui pia nupta domi est.

Cap. 37.

Quæ sit amicitiæ ratio, quis uerus amicus,

Consilium cuius querere tuto queas.

Consule prudentes & qui sint pectore iusto.

Sobrietas uitam continuare solet.

Cap. 38.

Dignus honor medicis tribuatur, maximus author

illorum Deus est, quem tamen usq; roga.

Defunctos plora, luctu desistito tandem.

Prudentem faciunt ocia digna uirum.

Cap. 39.

Q*m*

Qui uoluit Domini non tardo pectore leges,
Prudens uere nomen habere potest.
Collaudate Deum, qui commoda cuncta creauit,
Nam proprij nobis nos sumus ansa mali.

Cap. 40.

Fortunæ uario quassatur pondere uita,
Sed misere nimium gens scelerata perit.
Permanet æternum fidei Veriq; potestas,
Religionis amor, iustitiaeq; modus.

Cap. 41.

Est horrenda malis summi lux ultima fati,
Oblectant iustos fata suprema uiros.
Fac famam serues, casti sit cura pudoris.
Qua causa subeat iustus in ora pudor.

Cap. 42.

Que causæ uanum possint arcere pudorem.
Quanta etiam in natas circa locanda siet.
Fœmina sepe nocet. Domini laus maxima summi,
Cuius in æternum regna decurq; manent.

Cap. 43.

Quanta sit æterni narrat Sapientia patris,
Qui fecit Solem sydereasq; domus.
Condidit hic nubes pelagus camposq; patentes.
Ergo huius laudes nos celebrare decet.

Cap. 44.

Laudantur primi resonanti carmine patres,

ECCLESIA STICVS.

Quorum non unquam sit moriturus honor.

Raptus Enoch, placuit Domino Noah, nobilis Abram.

Isacides genuit pignora clara sibi.

Cap. 45.

Describit Mosem sancti^q; insignia fratri,

Cui Dominus templi munus habere dedit.

Occubuit rupta Coreh tellure rebellis.

Pro meritis Phinees præmia digna tulit.

Cap. 46.

Victoris cantat Iosuæ præstantia facta,

Et fidi socij fortia gesta Chaleb.

Et quo nam fuerit celebris sub iudice terra.

Quam sancta Samuel rexerit hosce fide.

Cap. 47.

Clarus erat Nathan, Davidis gloria summa est,

Afferuit summi qui pia sacra Dei.

Fœmineo sapiens Solomon deceptus amore

Tristia uenuris regnare reliquit iners.

Cap. 48.

Insigni Heliæ celebratur carmine uates,

Huic par ô fortis laus Heliae tibi est.

Contulit Ezechiae bona plurimarector Olympi,

Dum cadit angelico cæsus ab ense Syrus.

Cap. 49.

Inclita diuini narrantur facta Iosiae,

Qui populo legem restituitq; sacra.

Difpercunt

ECCLESIASTICVS.

95

Dispereunt alij, Domini dum iussa relinquunt,
Restituit fortis quos pia dextra Dei.

Cap. 50.

Onidem celebrat condigna laude Simonem,

Reddidit hic patriæ splendida sacra suæ,
Et sibi commissæ defendit moenia gentis.

Huic similes multos nunc superesse uelim.

Cap. 51.

Altifono grates ueneranda uoce rependit,

Qui docuit Verbi dogmata sancta sui.

Qui sæpe eripuit premerent cum multa pericla,

Admonet hinc omnes, ut sua scripta legant.

T O B I A S.

Cap. 1.

Tobiae genus & pietatem factaq; narrat,

Qui studuit summo complacuisse Deo.

Expulsus Nineue, chari per uota nepotis,

In propriam rediit uir pius inde domum.

Cap. 2.

Sepelit extinctos conuiuia lauta relinquens

Tobias, patriæ gemis amore pius.

Irrident alij, cæco cum lumine captus,

Vxoris sentit tristia probra suæ.

Cap. 3.

T O B I A S.

Inuocat altisoni Tobias numen Olympi,

Vt seruum è terris liberet ille suum.

Huius opem pariter contrito pectore Sara

Orat, pro sponsis tristia corda gerens.

Cap. 4.

Proxima Tobias credens sibi tempora mortis,

Cum nato confert plurima uerba suo.

Admonet ut summo posse seruire Tonanti.

Depositum argenti tum quoq; signa docet.

Cap. 5.

Inquirens comitem Tobiae filius, ecce,

Inuenit angelicam pectore letus opem.

Discendunt ambo, lachrymas tristissima mater

Fundit, solatur tristia corda parens.

Cap. 6.

Immanis trahitur uiridanti è gurgite piscis,

Illi⁹ & fructum cum comes ipse docet.

Dulcia promittens castæ connubia Saræ,

Coniugij que sint debita iura monet.

Cap. 7.

Cognati ueniunt tandem Raguelis in aedes.

Cognatum letus suscipit ille suum.

Iungitur & firmo Tobiae foedere Saræ,

Sæpe ante infiustis nupta locata uiris.

Cap. 8.

Ingressus thalamos non spurcamente pudicos

Tobias

T O B I A S.

96

Tobias, comitis iussa uerenda facit.
Incolumes seruat diuina potencia utrosq;
Gaudet & ipse sacer, gaudet & ipsa socrus.

Cap. 9.

Angelus in Ragam Gabaeli tendit ad ædes,
Argentum repetens quod pater ante dedit.
Inde simul redeunt, Tobias suscipit illum.
Et noui non solito pondere sponsa tumet.

Cap. 10.

Dum tardans redditus Tobias tempora differt,
Mater ut amissum deflet & ipse pater.
A socero chara cum coniuge missus ad altam
Tobias Nineuen cœpit inire viam.

Cap. 11.

Expectatus adebat elapsu tempore natus,
Gaudia cum lachrymis miscet uterq; parens.
Amissum recipit connecti luminis usum.
Et lætus charam suscipit inde nurum.

Cap. 12.

Instituit comiti mercedem reddere iusto,
Sumere non quicquam cum tamen ille uelit.
Hortatur sancte, quis sit simul inde fatetur.
Hi celebrant summum pectore & ore Deum.

Cap. 13.

Ardenti celebrat supremi numen Olympi
Pectore Tobias tot benefacta canens.

TOBIAS.

Hortaturq; alios similes confingere laudes,
Et que sint Solymis fata futura monet.

Cap. 14.

Tristia turritæ Tobias fata recenset
Heic Nineues, mortis tempus adesse uidens.
Filius hoc functo saceri mox reppetit ædes,
Fœlices uitæ uiuit ibi q; dies.

PROPH. BARVCH.

Cap. 1.

PRælegit abductis conscripta uolumina Baruch,
In Solymos mittunt æsq; librumq; simul.
Pro Rege Assyrio, pro se quoq; multa rogantes,
Agnoscuntq; Deo crimina facta patri.

Cap. 2.

Quos nemo potuit meliori adducere uitæ,
Olim commerito sustulit ense Deus.
Veraq; firmavit ueterum præsgia Vatum,
Nos tamen ô tandem respice, sancte Deus.

Cap. 3.

Afflita cœli Dominum nunc mente precantur,
Ut populum uelit hic asseruisse suum.
Ast opus heic fuerit pura resipiscere mente,
Doctrinæq; sequi dogmata sancta Dei.

Cap. 4.

Criminis

HIST. SUSANNAE.

97

Criminis hic meminit propter quod poena Tonantis
Sæuijt, ut sancto numina corde colant.
Horridus sensisti, dolor at discedat manus
Fata cito uenient prosperiora tibi.

Cap. 5.

Sumito iucundos letanti pectore uultus,
Indue letitiam letitiæque decus.
Sublimes redeunt, quos se uis depulit hostis,
Famaque uirtutis iam duplicata tibi est.

Cap. 6.

Admonet abductos Ieremie litera Vatis,
Assyrios metuat ne pia turba Deos.
Vanaque depingit proprio simulachra colore.
Nil iuuuisse queunt, nil nocuisse queunt.

HIST. SUSANNAE.

I Llicito castum Susanna pectus amore
Tentatur, thalamu seruat at illa fidem.
Insens damnatur, Daniel sed liberat illam.
Et cadit in molles poena cruenta scnes.

HISTORIA BELIS.

B Elides pereunt infami morte, iubente
Rege, quod effectos composuere dolos.

o

I V D I T H.

Difilit inde Draco, Danieli seu leonum
Vis parcit, fortis quem cibat ipse Deus.

L I B E R I V D I T H.

Cap. 1.

Magnanimi scribit Arphaxat fortia sceptra,
Quam fuerint urbis moenia clara suæ.
Hunc Nabuchednæzer uincit crudelibus armis.
Quæq; prius fuerat gloria tanta, iacet.

Cap. 2.

Conuocat Assyrius crudeli mente Senatum,
Gemibus & cunctis bella mouere parat.
Deligiturq; ferox Holophernes, bella feroci
Qui mouet immutis sanguinolenta manu.

Cap. 3.

Regna tibi dedunt Holopherne plurima reges,
Quos gelidus uetus sumere tela metus.
Tu tamen immanis uirideis grassaris im agros.
Nec tibi subiectis parcere, seue, soles.

Cap. 4.

Tristis Iudeas peruenit rumor in urbeis,
Et capit attonitus pectora quassa timor.
Attamen arma parant, imponunt monibus altis
Præsidia, & Dominum nocte dieq; rogant.

Cap. 5.

Assyrii

*Assyrius diro furibundus pectora scutis,
Fortia quod fortis hostis in arma ruat.
Huic Achior gentis natales narrat & omne
Auxilium, omnipotens quod ferat hisce Deus.*

Cap. 6.

*Perstrepit indignans Holophernes, dira minatur,
Atq[ue] Achior duras percipit aure minas.
Ducitur hic tandem, ludis traditur, illis
Omnia denarrat, dant pia uota Deo.*

Cap. 7.

*Cingitur hostili montana Betulia uallo.
Arida surreptis turba laborat aquis.
Ad Dominum clamant, hostii iam cedere tentant.
Ozias miseros per sua uerba leuat.*

Cap. 8.

*Magnanimis procerum reprehendit criminis Iudith,
Et ueterum fatis pectora mœsta mouet.
Et monet ut precibus pergant insistere sanctis.
Consilium mentis prodit & inde suæ.*

Cap. 9.

*O pater, o nostræ semper fiducia gentis,
Respice quis fundo, Iudith amara, preces.
Opprimumur miseri, iam nunc ferus ingruit hostis,
Ecominea, queso, sic cadat ille manu.*

Cap. 10.

Ereditur patria seruatrix Iudith ab urbe,

I V D I T H.

*Affyria capitur mox tamen illa manu.
Mirantur uultus, Holopherni adducere captam
Contendunt, formam turba prophana stupet.*

Cap. 11.

*Aduentus causas Holophernes querit ab illa,
Quas propter patriam liquerit illa suam.
Plurima cui narrat simulato pectore iudith:
Sed stupidum oblectant talia uerba ducim.*

Cap. 12.

*Affyrii in castris multo cumulatur honore
Iudith, & egressu libera saepe rogat.
Splendidus & Affyrio cum principe fercula sumit.
Sed nimio uictus concidit ille mero.*

Cap. 13.

*Fœmineo uehemens Holophernes concidit ictu,
Sic Deus exiguis perdere magna solet.
Et caput en patriam spe leta fertur in urbem,
Lætanur, laudes accipit illa suas.*

Cap. 14.

*Egreditur fortis ceu dura in prælia miles,
Affyrios dubius corripit inde timor.
Principis inuenium mancum miserum q; cadauer.
Flebilis exterret fortia castra dolor.*

Cap. 15.

*Diffugiunt hostes & inania castra relinquunt,
Iudea q; cadum nullia multa manu.*

Castris

Castraq; diripiunt, Domino pia uota rependunt,
Et merita Iudith laude decora canit.

Cap. 16.

Altisonum digno decantat carmine Iudith,
Quod populum prompta iuuerit ille manus.
Inde reuersa domum castoq; insignis honore
Absoluit uitæ tempora longa suæ.

LIBER ESDRAE III.

Cap. 1.

Duinum celebrat generosus paschalofias,
Concidit ex Pharia, proh, miser ille manus.
Post Ioachim in captum Ioachimi sceptra gubernant.
Assyrioq; uidem se perijisse iugo.
Hinc quoq; sub diro Sedechia crimina crescunt.
Concidit Aßyria gens scelerata manu.

Cap. 2.

Inclita dimissis Cyrus dat munera Templi,
Cuius ex incepturn surgere cœpit opus.
Fallitur incautus per subdola scripta Tyrannus,
Et prohibet sacram constituisse domum.

Cap. 3.

Splendida Darius ponit coniuia: quis nam
Sit sapiens, pugnam tres subiere uiri.
Primus adit Regem, cupiens qui dicta probare,

LIBER

In uino summum robur imesse, docet.

Cap. 4.

Discito quām magni sit lata potentia Regis,
Hunc mulier, Verum hanc uincere forte solet.
Unmunes patriam rursus mutuntur in urbem,
Vi patro adifcent templo domuq; Deo.

Cap. 5.

Dimissos numerat peregrina ē gente tribules,
Et que dimissis Rex pia dona dedit.
Aedificant aram templumq; locare parabant,
Impedit incemptam gens aliena domum.

Cap. 6.

Inceptum Syrie proceres subuertere templum
Omnibus incumbunt nocte dieq; modis.
Scribitur & fallax Dario litera Regi,
Hic uotum Cyri praeualuisse iubet.

Cap. 7.

Splendida diuini consurgunt culmina Templi,
Dedicat & sacram de xtera sancta domum.
Hinc latō sanctum celebrantes pectore pascha
Altisqni laudes & benefacta canunt.

Cap. 8.

In patriam fœlix à Rege remittitur Esdras.
Hic ueniens populi crimina foeda uidet.
Impia deplorat reprobæ connubia gentis,
Quæ foedis dederat cœca libido uiris.

Cap.

Cap. 9.

Impia cum reprobis connubia facta resoluunt;

Et lachrymis deflent crimina foeda pijs.

Prælegitur cunctis summi lex sancta Tonantis.

Splendida lætanti pectore sacra colunt.

LIBER ESDRAE IIII.

Cap. 1.

O Bjicit ingratæ crudelia crimina genti,

Et numerat mitis tot benefacta Deus.

Me quia reijcitis simili uos lege repellam,

Atq; dabo gemi munera tjsmanouæ.

Cap. 2.

Luctificis natos plorat Synagoga querelis,

Hinc gentes suavi uoce uenire iubet.

Solatur tristes & dulcia commoda pandit,

Iustorum capiti digna corona datur.

Cap. 3.

Repetit afflictus Domini miracula, quæ sint

Iudicij illius corde dolente gemit.

Affligis nostros, sed cur non gentibus illa

Poena datur, nullam quæ coluere fidem⁹

Cap. 4.

Angelus ætherea reprehendit uoce querelas,

Quis dederat tristi corde prophetæ gemens.

LIBER

Cum tua non possis, quæ sunt terrena, uidere,
Cur petus altisoni querere fata Dei?

Cap. 5.

Tristia commemorat sæcli nunc signa futuri,
Ieiuno rursum uenire propheta dolet.

Angelus at rediens uarijs sua dicta retundit
Vocibus, & prohibet querere fata Dei.

Cap. 6.

Se docet esse Deus solum, qui cuncta gubernet,
Et uati uotis fit satis inde suis.

Denuo ieiunat, tristeis funditq; querelas,
Quod populus tristis uincula dura gerat.

Cap. 7.

Ad uitam introitus angusta est ianua parui.
Maiorumq; refert crimina dira Deus.

Inde etiam narrat uenturi tempora C H R I S T I,
Quæq; tenet mitis iura benigna pater.

Cap. 8.

O Deus inspicias tandem te rite colentes,
Reddere nec cupias præmia digna malis.

Ille refert, Non est quod nos nunc multa preceris,
Gratia danda pijs, suppliciumq; malis.

Cap. 9.

Denuo uenturi describit tristia sæcli
Signa, quibus dicet iura tremenda Deus.

Ducitur in campum flores comeditq; uirentes,

Apparet

Apparet tristi foemina moesta uiro.

Cap. 10.

Lugentem nati solatur funera matrem.

Hec multum exclamans lata per arua fugit.

Aedificant magnis surgentem moenibus urbem,

Que post ponendæ tecta decora notet.

Cap. 11.

Monstrosas aquilæ pingit pennasq; caputq;

Que terræ leges imperiumq; tenent.

Territat hanc atrox furibundi sermo Leonis,

Qui canit horrendis fata dolenda minis.

Cap. 12.

Exponit que sint aquilæ fortissima regna,

Et quis regnum tum quoq; finis erit.

Inde dies septem nemorosa in ualle moratur,

Cum redditum uitus turba relicta roget.

Cap. 13.

E Pelago cernit summum descendere littus

Qui flatu perdit agmina multa suo.

Que dum miratur stupefacto pectore Yates,

Exponit uisi mystica signa Deus.

Cap. 14.

Exaudit Dominum sancta se uoce monentem,

Perdita qui Legis scribere uerba iubet.

Inde quater denis Domini lex sancta diebus

Scribitur, et summi iussa colenda Dei.

LIBER

Cap. 15.

Venturæ populo trepidanda pericula poenæ

Enumerat: factis præmia digna ferent.

Quod uiuant gladio, scortentur corde nefando,

Conteret afflictos ensis & atra famæ.

Cap. 16.

Gemibus hic reliquæ diuini numinis iram,

Et quæ sint sceleri fata parata refert.

Admonet, ut melius uiuant, si uiuere curent.

Solatur sanctos hinc Deus ipse suos.

LIBER MACHAB. I.

Cap. 1.

IMPIUS AEGYPTI FAMOSAS diripit urbeis

Antiochus, Solymas deicuit inde domus.

IMPIA gens etenim Domini mandata relinquens

Se cedi & templi diruta tecla uidet.

Cap. 2.

SACRA nefanda ferens Matathiae concidit ense,

Sabbati & occumbunt religione uiri.

HINC PIUS IN SEUOS MATATHIAS irruit hostes.

Et moriens natis dat pia iussa suis.

Cap. 3.

DEFUNCTI recipit MACHABÆUS sceptrum parentis,

Hostilesq; fugat per sua tela duces.

HINC

Hinc furit Antiochus, bellum trux Lysias infert,
Inuocat altisnum gens generosa patrem.

Cap. 4.

Cedit Iudeis incautus Gorgias armis,
Induit ex fato Lysias arma pari.
Instituunt templum renouataq; sacra frequentant.
Et surgit muris urbs quoq; sancta suis.

Cap. 5.

Tristia non fœlix hic prælia sentit Idume,
Ammonidisq; simul bella cruenta mouent.
Oppugnatq; Simon Galilæos pectore forti,
Dum Galaan uincis, dux Machabæe, feram.

Cap. 6.

Antiochus dites Elimas deuincere tentans,
Deuictus morbo tristia fata luit.
In Solymis captam Machabæus ut obsidet arcem,
Hanc cupit hostili Rex tenuisse manu.
Pugnatur, cedunt, rerum penuria uexat:
Fit pax, sed soluis, Rex scelerate, fidem.

Cap. 7.

Accipit imperium suo Demetrius ense.
Iudeos falsa decipit arte uiros.
Alcimus ansa mali, tristi Mauorte Nicanor
Occubuit, poenas impietatis habens.

Cap. 8.

Romanam cernens Machabæus surgere gentem,

L I B E R I.

Atq; datam certò percoluisse fidem.
Postulat illorum socius cum gente uocari,
Cum Latii iungit foedera sancta uiris.

Cap. 9.

Ah miser hostili Machabæus concidit ense.
Imperium frater Jonathan huius habet.
Sæpius armati seu certamine pugnant,
Hinc fuit pacis foedera leta nouæ.

Cap. 10.

Fortis Alexander Iudeæ foedera gentis
Ambit, & in foedus sumitur ille cito.
Postulat hoc etiam frustra Demetrius acer,
Fundit Alexandri quem truculenta manus.
Dulcis Alexandro nubit Cleopatra marito,
Jonathan insigni clarus honore sedet.
Turpia probra iacit falso Demetrius ore,
Vincitur à forti lingua petulca uiro.

Cap. 11.

Perfidus in generum Ptolemæus bella parauit,
Occubuitq; gener, occubuitq; sacer.
Regna tenet fortis leto Demetrius ore,
Iudeæ & genti munera multa dedit.
Antiochusq; puer suscepit sceptra parentis:
Jonathan hinc rursum fortis in armaruit.

Cap. 12.

Fortia Spartiadum & Romane foedera gemis.

Heic

Heic renouant, bellis cum furit ora nouis.
 Jonathan infelix Tryphonem ut credit in quo,
 Captus ab hostili cæditur ipse manu.

Cap. 13.

Crudelem contra Tryphonem bella nouantur,
 Et fratribus tumulat ossa relicta Simon.
 Conciliat blanda fortē Demetrio nō arte.
 Expugnat Gazan : hostis ab arce cadit.

Cap. 14.

Persarum capitū tecta Demetrius arte,
 Pacificusq; regit sceptra paterna Simon.
 Fœdera sancta nouant spartani & maxima Roma.
 Inde Simon meritæ præmia laudis habet.

Cap. 15.

Antiochus lenti Tryphonem uexit in armis,
 Legati e Roma cum redicere simul.
 Euadit Tryphon, Iudeas impedit urbeis
 Antiochus, fidei debita iura negans.

Cap. 16.

Magne Simon proprijs commendas prælia natis,
 Illi crudelem fers Ptolemae necem.
 Dum cupis elatus magnus regnare per urbeis,
 Non tamen cuemus res habet illa bonos.

LIBER MACHAB. II.

Cap. 1.

Gentibus externis hec scripta uolumina mittunt,
Quae referant fortis facta colenda Dei.
Utq; diu absconsum populus iam inuenierit ignem.
Cum precibus placat uictima cæsa Deum.

Cap. 2.

Inclita magnanimi Ieremie iussa prophetæ
Describunt, patribus tradita iussi pijs.
Hinc etiam annales ueterum de promere tentant,
Ut quo sit norint urbs reparata modo.

Cap. 3.

Externi Reges Domini quoq; tempia colebant,
Dum mouet impurus magna pericla Simon.
Sed qui tentabas thesauros prendre sacros
Supplicium sentis, Heliodore, graue.

Cap. 4.

Multa Simon patrat recipit moderamina Iason
Pomificis multum fraude dolos; furens.
Hinc fugit. Onias iniusto concidit ense:
Sed meritas poenas crimina tanta luunt.

Cap. 5.

Occupat heic patrie crudelis moenia Iason,
Et uisas coeli complet in urbe minas.
Antiochus rursum Pharia de gente reuersus

Moenia

Mœnia sanguineis cædibus altare replet.

Cap. 6.

Antiochus templum diuinaque; sacra prophanat,
Et prohibet summi iussa tenere Dei.
Ceduntur paßim Domino seruire parati.
Lazarus hos inter fortia fata subit.

Cap. 7.

Suppositis fratrum torrentur corpora flammis,
Dum patriam Legem non renegare uolunt.
Multæ monent alij, longe at fortissima mater
Admonet, ut fortes fata cruenta ferant.

Cap. 8.

Afferit afflitos constanti pectore Iudas,
Hostiles forti reprimit ense uiros.
Opponit se se non fausto Marte Nicanor.
Iudea que; cadunt millia multa manu.

Cap. 9.

Iudeam penitus cupiens subuertere gentem
Amiochus, saeuas fulminat ore minas.
Impia sed morbus uolenteus membra pererrans
Impedit immanis coepita nefanda uiri.

Cap. 10.

Magnanimus sanctam Machabæus possidet urbem,
Et renouat summi perdita sacra Dei.
Insurgitque; nouum non pauco milite bellum,
Sed gentem omnipotens asserit usque; suam.

LIBER II.

Cap. 11.

Lysias excelsam dum Bethsuran obsidet, inde
Pellitur à telis dux Machabæc tuis.
Hinc positus rursum non faustis Lysias armis
Iudeæ gentis foedera sancta petit.

Cap. 12.

Perfida gens rursum sanctissima foedera fallit.
Ioppitæ poenias, quas meruere, ferunt.
Deuictos Arabes iungunt sibi, moenia Cappis,
Ac alios vincunt Marte fauente locos.

Cap. 13.

Antiochus rursum Iudeos impetit armis,
Et merita poena dux Menelaë cadis.
Impia cum rursum Machabæus deicxit arma,
Antiochus gentis foedera firma petit.

Cap. 14.

Alcimus incautum falso Demetriorum ore
Controvect in cædem, dux Machabæc tuam.
Et mendax fallit, que dederat, pacta Nicanor.
Magnanimus Rhazes fortia fata subit.

Cap. 15.

Sabbatha contemnens Machabæo bella Nicanor
Intentat, dira cum impietate furens.
Atq; suas Domini promissis firmat Iudas.
Perfidie poenias impius hostis habet.

LIBER

MACHABEORVM. 105
LIBER MACHABAEO-
RVM III.

Cap. 1.

C Vmforti Antiocho Ptolemæus prælia miscet.
Flebilis Arsinoe bella remissa nouat.
Et Rex dum templi penetralia uictor adire
Nititur, hoc illi gens pia iure uetat.

Cap. 2.

Altisonum flectit magni uox sancta Simonis,
Et meritas poenas rex Ptolemæus habet.
Rursus at inde ferox Aegypti in regnareuersus
Iudeos uarijs enecat usq; malis.

Cap. 3.

Iudeæ surgunt trepidanda pericula genti,
Hanc omnes nullo perdere iure student.
Venit ab Aegypti crudelis epistola Rege,
Iudeos omnes uimcula subire iubens.

Cap. 4.

Ah miserum, hostili trahitur Iudea tumultu
Gens, que non meruit uimcula seu gerens.
Et Pharias capti misere ducuntur in urbeis,
Pro sancta ut poenas religione ferant.

Cap. 5.

Sæpius admonitus Elephantes præparat Hermon,
Nempe ut Iudeis tristia fata ferant.

EVANGELIVM

Sepius altisonans conatum perdit iniquum:
Non tamen incepsum sœuus omittit opus.

Cap. 6.

Instabant misericœrdis Iudeis ultima fata,
Liberat hos forti cum Deus ipse manus.
Lugentesq; prius læti coniuicia tractant,
Est et in authores poena retorta suos.

Cap. 7.

Incolumes abeunt Iudei in patria regna,
Commendat illos regia scripta simul.
Nempe illis melior spes post tot damna refusit.
Sic Deus usq; suos rite iuuare solet.

ARGUMENTA IN OMNES NOVI TESTAMENTI LIBROS.

EVANGELIVM MATTHAEI.

Cap. 1.

Maiores numerat sancti et primordia CHRISTI,
Qui fuit e' casta uirgine natus homo.
Multatimet stupida perculsus mente maritus.
Angelicis uerbis cura recedit iners.

Cap. 2.

Fœlici uenient deducti sydere Persæ,

Af*q*

Atq; ferunt Regi mystica dona nouo.
Infantes pereunt, Aegypti regna subiuit

CHRISTVS, at in patriam mox tamen inderedit.

Cap. 3.

Edocet abiecta Vates resipiscere mente,

Multorumq; sacra corpora tingit aqua.

Quae steriles scindat plantas iam facta securis.

Tingitur & CHRISTVS, dat sua signa pater.

Cap. 4.

Pestiferi CHRISTVS tentatur dæmonis astu,

Vincit, & hinc sancto prædicat ore fidem.

Discipulosq; uocat, quos diuina imbuat arte,

Et multos morbo liberat inde graui.

Cap. 5.

Quis uere foelix, quæ sit pia uita ministri,

Quo sensu Lex sit percipienda, docet.

Ua procul cedat, Veneres, iurataq; uerba,

Sanctus & in fratrem pectore flagret amor.

Cap. 6.

Que nam sit miseros inopes pia cura iuandi,

Et qua nam deceat mente rogare Deum.

Quæq; Deo placeant tenuis ieiunia uentris.

Non amor abripiat uos quoq; cæcus opum.

Cap. 7.

Non damnes alios, proprio te crimine purga,

Nec lanient rapidi dogmata sancta canes.

EVANGELIVM

Funde preces, patula placeant non limina portæ.

Doctores falsos cura cauere siet.

Non satis audire est, si non pia facta sequantur.

Exstructam quassat sœua procella domum.

Cap. 8.

Leprosum mundat, fidei fit regula ueræ

Centurio, Petri languida surgit anus.

Sunt sua lustra feris, compescit et æquoris undas.

Dæmonis impulsu porcus in altâ ruit.

Cap. 9.

Exurgit ualidus, fuerat qui membra solutus.

Matih'eus surgens turpia lucra fugit.

Peccantes sanat Dominus, ieiunia tractat.

Sanguinis à fluxu foemina sana redit.

Suscitat extinctam, reddit sua lumina cæcis.

Dæmonis imperio liberat inde uirum.

Cap. 10.

Discipulos mittit, doceant ut dogmata C H R I S T !,

Euentus quorum heic officiumq; docet.

Non ego do pacem, sed tristia prælia surgent.

Sed, quem non terrent prælia, saluus erit.

Cap. 11.

Laudat Ioannis præstantia munera C H R I S T V S.

Quām sit iudeæ gens male sana docet.

Deuouet ingratas urbeis, mysteria parui

Percipiunt: omneis sub sua signa uocat.

Cap.

Cap. 12.

Sabbata tractantur, sanatur languida dextra.

Insidiasq; fugis, CHRIST E supreme, graues.

Restituit mentem lingue illi ex luminis usum,

Quem nimis immani presserat arte Satan.

Pneuma sacrum uiolant: (moneo) sint uerba pudica.

Signa negat: fratres indicat inde suos.

Cap. 13.

Comparat heic semen, zizania, retia rara,

Fermentum, synapi: sic sua regna docens.

Ponitur ex uerus thesaurus ex inclita gemma.

Doctorem spernit patria dura suum.

Cap. 14.

Concidit Herodis Baptista furore peremptus.

Panibus exiguis millia multa cibat.

Calcat aquas CHRIST VS, Petrus sed mente uacillat.

A uarijs multos liberat inde malis.

Cap. 15.

Humanæ culpat rationis dogmata falsa.

Et quæ sint, hominem quæ uiolare queant.

Voti composabit Chananeæ gentis alumna.

Aegrotos sanat: millia multa cibat.

Cap. 16.

Signa petunt, prohibet fermentum gentis inique.

Et CHRISTVM sancto prædicat ore Petrus.

Dat claves: mortem prædicit: præmia quæ sint

EVANGELIVM

Sanctorum, & fidei munera digna docet.

Cap. 17.

Transformat uultum clara sub imagine CHRISTVS.

Quem nequeunt alij liberat ille uirum.

Tristia prædictit mox mortis fata futuræ.

Nummum sub patulo gutture piscis habet.

Cap. 18.

Quis maior docet heic, prohibetq; offendere paruos,

Nam CHRISTVS nostræ causa salutis adest.

Condona fratri quæ in te delicta notauit,

Hoc grauis accepti summaremissa docet.

Cap. 19.

Coniugij quæ sit ratio & quæ cura pudoris,

Et quæ sit pueris gratia danda docet.

Quæ uia sit uiæ, quam uix adit omnis abundans

Duitijs, & quæ præmia danda pijs.

Cap. 20.

Agricolas plures conductit, tristia fata

Narrat, pro natis mater incepta rogat.

Quis uere magnus? reliquis qui rite ministrat.

Accepto cæci lumine cuncta uident.

Cap. 21.

Ingreditur Solymas cunctanti uectus asellar:

Expurgat templum: paruula turba canit.

Fit sterilis ficus, faciat cur talia quærunt.

Iudaica gentis pectora dura notat.

Occidunt

Occidunt seruos Domini, fera fata subibunt.

Perdere non audent, quem perijisse uelint.

Cap. 22.

Ejicitur thalamis impura ueste prophanus.

Cæsar is & quæ sunt reddere rite iubet.

Denuo consurgent defuncti: maxima quæ sit

Lex docet, & David mystica uerba canit.

Cap. 23.

Væ tonat horrendum falsis cultoribus, & quæ

Illorum meritis poena futura siet,

Quod falso fallant supremum corde Tonantem,

Et seu innocuus ense propheta cadat.

Cap. 24.

Tristia quæ immineant Solymis nunc fata recenset,

Et quam iudicij sit metuenda dies.

Omnibus & quæ nam præcedant signa notanda,

Quæ non ignava cernere mente iubet.

Cap. 25.

Ianua prudentes admittit aperta puellas,

Quæ ueniant fatue, ianua nulla patet.

Dividit hinc seruis Dominus numerosa talenta,

Judicij quæ sit forma tremenda docet.

Cap. 26.

Consilium captant, unguenta fluentia stillant.

Doctorem uendis perfide luda tuum.

Instituit coenam, precibus patremq; fatigat.

EVANGELIVM

Cum capitur, forti dimicat ense Petrus.
Pontifices damnant, alapis cum cæditur insons,
Hunc Petrus attonito territus ore negat.

Cap. 27.

Damnum cernens laqueo se perdit Iudas.
Et populus claro Barraban ore uocat.
Spinea ferta gerit: delusus pendet in alto:
Diuidit & uestes barbara turba sacras.
Multa necem diram comitamur signa, sepultus
Confossum corpus qui tucantur, habet.

Cap. 28.

Aduenient Mariæ, queis angelus omnia narrat.
Conrectat CHRISTI dextra pudica pedes.
Militibus nummi, ceu falsi præmia, dantur.
Discipulis uisus regna suprema petit.

EVANGEL. MARCI

Cap. 1.

Clamat Ioannes, sacrata tingitur unda
CHRISTVS, tentatus qui sua iussa docet.
Discipulosq; uocat, redimitq; à demonis astu.
Surgit & à pigra febre redempta socrus.
Discedens orat, rursum miracula fiunt.
Turpis & à turpi corpore lepra fugit.

Cap. 2.

Confurgit

Consurgit, fuerat qui languida membra solutus,

Matthæus questum deserit atq; dolos.

Peccantes reuocat, tractat ieunia quæ sint.

Sabbata qua deceat religione coli.

Cap. 3.

Arida dextra ualet, elapsus dogmata pandit

Sancta, simul sanans: discipulosq; legit.

Impuro sanctus uiolatur spiritus ore.

Et C H R I S T V S fratres indicat inde suos.

Cap. 4.

Seminat hic Verbum, quod ne spargatur inane,

Sola Dei uirtus sancta iuuare potest.

Vi sinapi granum sic crescunt semina Verbi.

Commotumq; domant fortia uerba mare.

Cap. 5.

Deseruit Satanae mortalia membra potestas

Correptos porcos cœrula in alta ruens.

Sanguinis immodi ci compescit fœmina fluxum.

Mortua quæ fuerat uiua puella ualet.

Cap. 6.

Patria contemnit: doctores mittit in orbem.

Baptistæ sœuo concidit ense caput.

Millia multa cibat: fluidis superambulat undis:

Aegrotos plures fimbria tacta iuuat.

Cap. 7.

Corripit humanæ rationis dogmata falsa,

EVANGELIVM

Et quæ sim homini non bene munda docet.
Liberat hinc Syrophœnisse de dæmonie natam.
Auditum surdus, uerbaq; mutus habet.

Cap. 8.

Bis duo millia alit: poscit gens perfida signum.
Fermentum caueant: cæcus et ante, uidet.
Discipulis illum faſbis sua fata predicit:
Hortaturq; crucis pondera ferre sue.

Cap. 9.

Transformat faciem: Satanæ quoq; liberat astu
Quem pia discipuli uincere dextra nequit.
Reprimit elatos: alijs ut dæmona pellant
Permittit: rigide scandala dira uetat.

Cap. 10.

Coniugium instituit, tangit sacra dextra puellos:
Diuitibus durum est regna subire Dei.
Præmia sanctorum: Zebedidas corde superbos
Reprimit: accepto lumine cæce uides.

Cap. 11.

Vox Hosanna sonat, subito perit arida ficus.
Subuertit sanctæ turpia lucra domus.
Quantaq; sit uirtus fidei: quo numine missus
Hec faciat, Dominum gens odiosarogat.

Cap. 12.

Agricole ingratipelluntur: reddite censum.
Et caro de putri nostra resurgent humo.

Maxima

*Maxima lex quæ sit: CHRISTVS Dauidे creatus,
Fastus inest scribis: æra minuta probat.*

Cap. 13.

*Clara cadent tandem Solymorum moenia: prauos
Affligenit: sanctos multa pericla manent.
Hinc docet extremæ quæ nam sit forma diei,
Quæ cunctis uigili corde notanda uenit.*

Cap. 14.

*Vnguentis redolent crines: hunc uendit Iudas.
Instituit mortis symbola sacra suæ.
Vota patri fundit, capitur telisq; dolisq;.
Diffugiunt: forti percutit ense Petrus.
Pontifices captum condemnant: cæditur insons:
Doctoremq; negas territe Petre tuum.*

Cap. 15.

*Traditur Ausonio Praetori: Barraban alta
Voce petunt, CHRISTVM damnat iniqua manus.
Feritq; crucem propriam: clavis configitur insons.
Distribuunt uestes: impia probrasonant.
Tristia sed mortem comitantur signa nefandam.
Et tumulant sanctæ mortua membra manus.*

Cap. 16.

*Angelus attonitis Marijs facta omnia narrat.
Appares uarijs, CHRISTE supreme, modis.
Infirmos culpat, totumq; ablegat in orbem.
Relictis terris summa sub astra uolat.*

EVANGELIVM
EVANG. LVCAE.

Cap. 1.

DEccepito natus patri promittitur; inde
Virgineas ædes angelus alter adit.
Cognatam uisens decantat numen Olympi.
Baptistam sterilis mater at inde parit.
Cum pater exiliens linguae compage soluta
Supremum sancto concinit ore Deum.

Cap. 2.

Virgo parit C H R I S T V M: pastores nuntia lœta
Accipiunt, sanctis uocibus aura sonat.
Hunc tenet in templo Simeon ac Anna pudica.
Ammissus doctos erudit atq; puer.

Cap. 3.

Baptista altisoni iam profert iussa minasq;
Et capitur summum dum notat ille ducem.
Ante tamen tingit sacrato in flumine C H R I S T V M.
Cuius dinumerat pagina sacra patres.

Cap. 4.

Tentatur C H R I S T V S, exponit uerba prophetæ,
Cui parat immeritam patria dura necem.
Liberat à Satana, febris depellitur ardens.
Hinc plures morbis liberat atq; docet.

Cap. 5.

Heic docet ingressus nauim, sunt retia plena

Piscibus,

Piscibus, a fædo corpore lepra fugit.
Exurgit sanus, qui languidus ante iacebat.
Matthæum recipit; conuocat inde malos.

Cap. 6.

Relligione docet quæ Sabbata sancta colenda.
Discipulosq; legit, & bona summa docet.
Sit sincerus amor, qui se nec deneget hosti.
Non satis audire est, sed mea iussa sequi.

Cap. 7.

Centurio fidei uirtute excelluit omnes.
Restituit uitæ mortua membra nouæ.
Mittit Ioannes: iudeis pectora dura
Obiicit: extergit fœmina moesta pedes.

Cap. 8.

Fœmineis opibus alitur, quæ semina Verbi,
Et quis nam frater sit suus inde docet.
Compescit fluctus, porcos fert demonis æstus.
Sistitur & sanguis: mortua uirgo ualeat.

Cap. 9.

Discipulos mittit, pascuntur millia multa.
Agnoscit C H R I S T U M pectore & ore Petrus.
Præmia sanctorum: transformat: dæmona pellit.
Quis sit sanctorum maximus inde docet.
Ultrices inhibet dextras mala saeuia precantium.
Ac animo intento se iubet usq; sequi.

Cap. 10.

EVANGELIVM

Emitit plures, qui dogmata sancta docerent.

Ingratis mores exprobrat atq; suos.

Indicat et quis sit tibi proximus, maxima pars est

Quim Maria elegit dogmata sancta petens.

Cap. 11.

Heic orare docet, depellit dæmona mutum,

Et uirtute Dei se facere illa docet.

Fœlices, quotquot leti mea iussa sequuntur:

Signa negat: uitæ facta decora petit.

Externa mundos specie reprendere pergit.

Deuouet hinc scribas sanguineumq; genus.

Cap. 12.

Fermentum caueas: mortem contemnите opesq;

Theſaurum uigili querite mente bonum.

Verbera plura feret, qui cognita iura feſellit.

Difſidium gignunt dogmata noſtra graue.

Cap. 13.

Gens Galilea perit ſterilisq; excinditur arbor.

Quoq; prius fuerat foemina curua ualeſt.

Est Verbum Sinapi, fermentum, angustaq; porta

Est uitæ: in Solymis ſepe propheta perit.

Cap. 14.

Hydrops sanatur, uentosa ſuperbia fallit.

Ad mensam ueniat indiga turba tuam.

Abſtrahit affectus multos ne ferula gulfent

Dulcia, reſonans deſeruiffe decet.

Cap.

Cap. 15.

Vt saluet miseros à diro criminē CHRISTVS

Venit, id amissus nummus ouisq; docent.

Filius acceptis opibus postquam omnia perdit,
Clementi patrem corde reuersus habet.

Cap. 16.

Oeconomus raptis opibus sibi querit amicos.

Turpis opum toto pectore cedat amor.

Coniugij Leges: laetus coniuia diues

Afficit, agrotus Lazarus inde perit.

Cap. 17.

Scandala fac caueas: fratriq; remittere sepe

Conuenit: haud factis est tribuenda salus.

Bis quinque à lepra mundantur, at unus eidem

Est gratus: quam sit dura suprema dies.

Cap. 18.

Sepius orandum est: duo sunt, qui limina templi

Intrant: et pueros dextera sancta tegit.

Divitibus grauis est uia uitæ, præmia sanctis

Magna iacent: fano lumine cæcus abit.

Cap. 19.

Excipit unigenam diues Zachæus Iesum.

Distribuit seruis multa talenta suis.

Conscendens asinam solymarum tristia fata

Elet: sancta merces ejicit atq; domo.

Cap. 20.

EVANGELIVM.

Quis licita, inquirunt, dederit sibi iura docendi.

Agricole domino debita uina negant.

Reddat is censem: defuncti à morte resurgent.

Christus Dauidi est filius & Dominus.

Cap. 21.

Parvula laudantur uiduae munuscula gratae.

Excidium templi duraque fata canit.

Sint uigiles animi: fortis patientia seruat.

Hec etenim grandis poena futura breui est.

Cap. 22.

Doctorem turpi precio diuendit Iudas.

Instituit coenam, corda superba notat.

Sit gladius uobis: offert sua uota parenti:

Dum capitur forti dimicat ense Petrus.

Sed negat infelix hunc, quem defenderat ante.

Illusus C H R I S T V S uerbera multa tulit.

Cap. 23.

Pontius Herodi C H R I S T V M transmittit, iniqua

Barrab in immanem uult tenuisse cohors.

Sistite ploratus: ligno dependet ab alto.

Latroni seu gratia leta datur.

Multa necem pariter testantur signa nefundam:

Et noui defuncti marmora corpus habent.

Cap. 24.

Angelus heic Marijs enarrat uiuere C H R I S T V M.

Cumque alijs uiuens urbem Emaunta petit.

Apparens

Apparens rursum, sumpto se uiuere pifce

Approbat, & toto in orbe docere iubet.

Scripturam enarrans cœlum concendit in altum.

Ad Solymas redijt cum pia turba domus.

EVANG. IOANNIS.

Cap. 1.

A Eterni narrat naturam & semina Verbi,
Quod simul & uerum prædicat esse Deum.
Andream, Petrum fortem, magnumq; Philippum,
Cumq; illis iustum Nathaniela uocat.

Cap. 2.

CHRISTVS mutat aquas in dulcis pocula uini,
Eq; sacra pellit turpia lucra domo.
Destruite hoc templum, lux illud tertia reddet.
Hinc multos ad se per sua signa trahit.

Cap. 3.

Saluifici dñeit Nicodemus munera Verbi,
Vtq; sit eterna percipienda salus.
Quis finis CHRISTI, quod & hic sit causa salutis,
Baptista haud uana cum ratione docet.

Cap. 4.

Fœmina Samarie uigilanti pectore dicit,
Quam CHRISTVS sancto prædicat ore, fidem.
Multi illi credunt: Galilea in regna reuersus



EVANGELIUM

Restituit uite qui prope fata uidet.

Cap. 5.

Conualuit CHRISTI uerbo, qui corpore languens
Traxerat in morbo tempora longa graui.

Accusant scribae, CHRISTVS se rite tuetur,
Auxilioq; patris se facere illa probat.

Cap. 6.

Millia multa cibat, detrectat regia sceptra,
Et fluidas sancto corpore calcat aquas.
Seq; cibum esse docet credentis corde receptum.
Deficiunt multi, discipuliq; manent.

Cap. 7.

Repetit in festo Solymorum moenia CHRISTVS,
Et populum in templo dogmata sancta docet.
Accusant alij, mox uincula dura parantur,
Non habet euentum res tamen ista suum.

Cap. 8.

Turpis adulterij sotentem de morte redemit,
Et Christus mundi est luxq; salusq; simul.
Semen Abræ non sunt, & eterno numine uiuit
CHRISTVS, & euadit cum lapidare uolunt.

Cap. 9.

Lumina restituit claro cum luminis usi
illi, qui cæco lumine natus erat.

Pontifices illum culpant, expellitur insons,

CHRISTVS at hunc uera credere mente docet.

Cap.

Cap. 10.

Est uerus pastor C H R I S T U S, est ianua uite,

Cuius oves norunt dulcia uerba sequi.

Quisue sit exponit: lapides rapit impia turba,

Hic tamen ille uerbi cœpta nefanda fugit.

Cap. 11.

Lazarus è tumulo C H R I S T U S uirtute resurgit,

Obturbant stultos talia signa sophos.

Vtiliusq; putant, unum quā in perdier omnes.

Hunc ergo immerita tollere morte student.

Cap. 12.

Vnguento redolent uescentis crura pedesq;

Proditor iniustus murmura dira mouet.

Lazaro et infidias ponunt: inuictus a sella,

Quæritur à Græcis uita salusq; uiris.

Vox delapsa uenit ecclœ, cui credere pergunta.

Non ueni iudex, sed bene fausta salut.

Cap. 13.

Abluit unda pedes C H R I S T O sic usq; a ministro,

Elati ponant corda superba uiri.

Vnus et è uobis prodet me, mutuo amate.

Hei ter me miserum Petre negabis incrs.

Cap. 14.

Hortatur fortis ut patienter pectori pergant,

Cumq; fide flagrans ut quoq; crescat amor.

Non mopes linquam, dabitur nam spiritus almus,

EVANGELIVM

Omnia qui cupidos edocuisse potest.

Cap. 15.

Qui palmes C H R I S T I fuerit, det tempore fructus:

Sitq; comes fidei pectoris almus amor.

Cuncta pater uobis largitur, spernite mundi

Consilia, en simili me quoq; mente petit.

Cap. 16.

Solatur misere perdendos morte cruenta,

Pneumatis officium denotat inde sacri.

Verte precor magnos patienti corde dolores.

Quae nostro petitis nomine, quippe dabit.

Cap. 17.

Glorifica natum nunc, ô pater optime, sanctos

Nunc, rogo, clementi perge iuntare manu.

Ipse quidem iurui, docui pia uerba salutis.

Nunc tibi commissos tu tucare, pater.

Cap. 18.

Perfide iuda uenis, prosternitur impia turba:

Quiq; prius pugnas, nunc male firme negas.

Pontifices querunt, alapa cum cæditur insens.

Prætori Ausonio traditur inde tamen.

An rex sit querit, C H R I S T V S sua regnare censem.

Iniusto sæcum Barraban ore petunt.

Cap. 19.

Mulctatus uirgis spinosam fronte coronam

Gestat, quem prætor eripuisse cupit.

Sed

Sed frustra: quoniam suspensus luditur, inde
Distribuant uestes scriptaque uerba notant.
Commendat matrem: transfigit lancea corpus
Mortuum, et in duro marmore membra locane.

Cap. 20.

Magdalidi apparet uiuens a funere CHRISTVS,
Discipulis etiam cernitur inde suis.
Pneumaque dat sacrum: sed tunc fors absuit illis
Thomas, qui tacto credit et ipse Deo.

Cap. 21.

Denuo comparet, uescuntur piscibus assis,
Quos nimio attraxit pondere rete caudum.
Hinc commendat oues Petro, mortemque recenseret,
Seque iubet toto pectorc rite sequi.

ACTA APOSTORVM.

Cap. 1.

Asolymis prohibet discedere moenibus illos.
Omnibus instructis coelica regna subit.
Angelicae uoces solantur, et inde reuersi
Alterum in amissi substituere locam.

Cap. 2.

Pneuma sacrum sununt, uario sermone loquuntur.
Et CHRISTVM forti prædicat ore Petrus.

Q 3

A C T A

Pectora compuncti tria millia credere CHRISTO
Incipium, precibus se pia turba iuvat.

Cap. 3.

Languidus exiliit cœlestis nomine CHRISTI,
Factum miratur nescia turba nouum.

Hosce monet Petrus, quod CHRISTO gloria danda,
Ac illi attento credere corde, iubet.

Cap. 4.

Pontifices capiunt, sed cum pia causa ualeret,
Dimittunt, duras incutimq; minas.
Orare unanimes, motu mox terra mouetur.
Qui status illorum condicione docet.

Cap. 5.

Morte cadit subita coniux tristisq; maritus.
Signa ædune, captos carcer manis habet.
Angelus educit, stans coram iudice in quo.
Cæsi discedunt Gamalielis ope.

Cap. 6.

Murmura iniqua mouent praefecto pectore Graci.
Oeconomos septem cætera turba legit.
Sed capitur Stephanus, cui falsis testibus instant,
Angelico uultu splenduit ille tamen.

Cap. 7.

Quæ sit uera fides, qua posbit quisq; placere
Altisono, forti differit ore Stephan.
Obiurant aures: lapidofo grandine pressus,

Pro^g

Proq; suis moriens hostibus ille rogat.

Cap. 8.

Persequitur sanctos crudeli pectore Saulus,

Samariae Verbum suscipit ora Dei.

Inde patent falsi fallacia corda Simonis.

Aethiopem doctum, magne Philippe, laudet.

Cap. 9.

Conuersus Christi Paulus iam uerba docebat,

Cum raptum insidijs pendula sporta tulit.

Pax floret sanctis, Aeneae corpora sanat.

Restituit uitæ funera moesta Petrus.

Cap. 10.

Centurio Petrum Domino mandante uocauit.

Paruit hic, Domini mystica signa uidens.

Ethnica gens C H R I S T V M recipit cum munere sancti

Pneumatis, & Christi symboli sancta simul.

Cap. 11.

Se Petrus excusat, quod in Ethnica tecta subiuit.

Incipiunt gentes nomen habere dei.

Et primum C H R I S T I dicuntur nomine in urbe

Antiochi: surgunt tempora dura famis.

Cap. 12.

Impius Herodes Iacobum perdidit ense,

Inijcit et forti uinculi dura Petro.

Liberat hunc Dominus, cui dum scelerate resistis,

Herodes, factus uermibus esca, peris.

A C T A

Cap. 13.

Barnabam & Saulum Domini sors eligit, hisce
Sergius ut credit, iam Mage cæcus abis.

Paulus & Antiochi Verbum denarrat in urbe.
Hinc tamen excusso puluere lemus abit.

Cap. 14.

Iconio fugiunt, ædunt miracula Lystris.

Aduenisse Deos barbara turba putat.

Obruitur saxis Paulus, mox inde resurgit.

Hinc uarias numerat pagina sacra uias.

Cap. 15.

Antiochen sis habet tristes Ecclesia turbas,
Dum circuncidi pars quota sepe monet.

Conueniunt frates Solymis, sua dogmata scribunt.

Cumq; tuo comiti iurgia, Paule, moues.

Cap. 16.

Timotheum assūmit Paulus, Macedūm arua pererrant.

Et sanam discit Lydia casta fidem.

Ejicitur Python, æduntur corpora sancta.

Carceris, & fidei dona, magister habet.

Cap. 17.

Theſſalonican adit Paulus, ſuſcepit laſon.

Cogitur hinc tacita rurſus abire fuga.

Denuo Berrihoeam linquens contendit Athenas,

Quis prius ignotum prædicat ille Deum.

Cap. 18.

In bimari Paulus contexit uela Corintho.

Crimina et illius Gallio nulla putat.

Inde comis rasis Ephesum deuenit: Apollos

Dogmata constani pectore sancta docet.

Cap. 19.

Bis senos Ephesi Baptizat, signaque multa

Aedit, Scœuidas dæmonis ira rapit.

Infames rutilo conflagrant igne libelli.

Hinc faber insidias diſsidiumque mouet.

Cap. 20.

Discedens Epheso peruenit Troada Paulus.

Decidis ex alto, somniculose, loco.

Et Solymos repetens claræ inter tecta Miletii

Charæ Epheso dicit, tristia uerba, Vale.

Cap. 21.

Paulus multum errans contingit Cœsaris urbem.

Heic uates Pauli uincula dura canit.

Verberat in Solymis hunc impia turba, tribunus

Liberat, et uincit dupla catena uirum.

Cap. 22.

Exponit Paulus qua sit ratione uocatus.

Geneibus auditis impia turba furit.

Dumque uolunt uinctum prolatis cädere uirgis,

Romanum redimit patria terra uirum.

Cap. 23.

Denuo productus Paulus se à crimine purgat.

A C T A A P O S T .

Judicium turbam litibus inde nouis.

Insidie Paulo deuota membra struuntur.

Cæsaream multo milite tutus abit.

Cap. 24.

Intendit rursum Tertullus crimina falsa.

Inde suam Paulus purgat ut ante fidem.

Sæpius hunc audit Felix præfectus auarus,

sperans à capto turpia lucra uiro.

Cap. 25.

Rursus ut accusant appellat Cæsara Paulus.

Sed non certa satis crimina Festus habet.

Aduenit ad Festum chara cum coniuge Agrippa.

Festus ab hoc causas consiliumq; petit.

Cap. 26.

Paulus agit C H R I S T I constanti pectori causam,

Et repetit primi pristina facta status.

Rex quoq; deuicto tantum non pectori credit

Et Paulum insontem prædicat esse uirum.

Cap. 27.

Italam uersus Syrio de littore soluunt,

Et Cretæ aduerso flamine regna tenent.

Non parent Paulo, uenti furit atra procella.

Mergitur insana naufraga puppis aqua.

Cap. 28.

In Melitem uenient, prendit fera uipera dextram,

Et multi, Paulo sic operante, ualent.

Delatus

Delatus Romanis Iudeos conuocat omnes.

Et uerum sancto praedicat ore Deum.

EPISTOLA PAVLI AD ROMANOS.

Cap. 1.

Sæpe quidem uolui Romanos uisere fratres,
Impediunt fortis sed mea uota Deus.
Unde docet quæ nam uitij sit turpis origo,
Si summi ignores numina sancta Dei.

Cap. 2.

Peccarunt omnes humano semine nati,
Omnes iratum commeruere Deum.
Et ne sc̄ immunem Iudeus diceret esse,
Vere Iudeus quis siet inde docet.

Cap. 3.

Inclita Iudeæ quamvis sit gloria gentis,
Criminibus poenas commeruere tamen.
Non etenim profunt diuinæ dogmata legis,
Sola iuuat miseris gratia lœta Dei.

Cap. 4.

Veraci Domino diuinus credidit Abram.
Illa Deo placuit non dubitata fides.
Sic omnis credens dicetur filius Abræ.
Sola fides Domino conciliare potest.

Cap.

EPISTOLA AD

Cap. 5.

Principio fidei describit munera sanctæ,
Ostendens Domini gratia quanta siet.
Hinc quibus emanet peccati fontibus error,
Vnde fluat fidei gratia grata, docet.

Cap. 6.

Ne uitios posset nunc ianua aperta uideri,
Officium fidei factaq; sancta docet.
Polluti nuper peccati sordibus almo
Pergite nunc sancta mente studere Deo.

Cap. 7.

Edocet ethere e que nam sint munera legis,
Et quam nos tristi deprimat illi iugo.
Indicat hec etenim que criminata tecta latebant.
Sed nos in C H R I S T V M liberat alma fides.

Cap. 8.

Nulla nocere potest damnatio mœsta fideli,
Nempe Deum patrem spiritus esse facit.
Quintaq; sit summi scribit dilectio patris,
Quam nec crux, nec mors tollere sua potest.

Cap. 9.

Hec fuit æterni constans sententia patris,
Esset ut afflito C H R I S T V S in orbe salutis.
Agnoscunt gentes credenti corde salutem:
Iudeus C H R I S T V M respuit atq; fidem.

Cap. 10.

Que

Que reprobis CHRISTVM Iudeis causa negarit,

Iustitia et legis quae siet illa docet.

Sancta fides nullum cœlo secludit ab alto.

Iudeus proprij nam sibi causa mali est.

Cap. 11.

Fallere non possunt summi promissa Tonantis,

Si quis promissis possit habere fidem.

Nec tamen elatos animos extollite gentes,

Quippe fidem amissam moesta ruma manet.

Cap. 12.

Victima que uere coelesti grata parenti,

Que fidei uirtus officiumq; docet.

Viuite concordes, fucatum pellite amorem,

Nec uos vindictæ cæca cupido trahat.

Cap. 13.

Fac sanctum uigili uenereris mente Senatum,

Nec cedat sancto pectore fratris amor.

Tempus abit, celeri fallax pede labitur ætas,

Nunc igitur uitæ sit pia cura pie.

Cap. 14.

Multa dapum fuerant discrimina, multa dierum,

E queis surgebant iurgia multa nimis.

Admonet hos igitur nimium ne affectibus illis

Permittant, curæ sit magis almus amor.

Cap. 15.

Ferte rogo infirmos patimenti pestore fratres,

EPISTOLA

Nec moueant duri scripta severa still.
Ostendit causam, cur non conuenerit illos.
Ilorum sancto postulat ore preces.

Cap. 15.

Vltimi commendat uenientem litera Phœben.
Dicatur sanctis fratribus alma salus.
Discordes (moneo) doctores pellite semper,
Ne ueniant lites dissidiumq; graue.

EPISTOLA PAVLI AD CORINTH. I.

Cap. 1.

Displicet infamis uestra, ô, discordia, fratres,
Doctores uarios que putat esse suos.
Non humili moueat quod sim sermone locutus.
Nempe solent magno parua placere Deo.

Cap. 2.

Non ego iactabam doctae præconia lingue,
Sed, solum C H R I S T U M me docuisse, scio.
Sed que stultitia est uobis, sapientia summa est,
Quam nequit infirmus discere que sit homo.

Cap. 3.

Mollia nutriui candenti pectora lacte.
Non quicquam docta uoce minister aget.

Spiritus

AD CORINTH. I.

120

Spiritus ipse Dei est, qui nutrit semina Verbi.
Ergo omnis soli gloria danda Deo est.

Cap. 4.

Precones Verbi quales sint esse putandi:
Hinc male sanctorum corda superba notat.
Hypocrisim damat, fratrem commendat amicum,
Et se promittit uelle uenire breui.

Cap. 5.

Num iurat elatas tantum uos tollere mentes,
Cum tantam impingant turpia stupra notamē
Quim potius tantum pœnus sustollite crumen.
Et nunc sit uitæ cura pudica pie.

Cap. 6.

Fraternum multis Paulus commendat amorem,
Iliciti culpanis iurgia foeda fori.
Pellite luxuriam, cedat scortatio longe,
Ne sanctam C H R I S T I polluat illa domum.

Cap. 7.

Coniugij leges tractat causasq; modumq;
Quantus uirginei sitq; pudoris honor.
Quid deceat uiduas: prohibet diuertia: cœlebs
Commodius Domino quippe studere potest.

Cap. 8.

Si que forte fuit simulachris uictima casā,
Cuius quis iubeat participare cibis.
Scandala fac caueas: fraternali munus amoris

EPISLOLA AD

Sectare, in uera te regat ille uia.

Cap. 9.

Hoc ego nam feci, ne quos offendere posset
Libertas, multis me caruisse iuvat.

Non etenim premium pro nostro posco labore:
Nec mihi que, poterat, nupta pudica comes.

Cap. 10.

Seducat ne uos libertas cæca caueat.

Nec curæ uobis mensa prophana siet.

Tristia quin moueant ludeæ crimina gemis.
Sit libertatis regula sanctus amor.

Cap. 11.

Quo ritu deceat sacros inuisere cœtus,
Et quem uir seruet, foemina quemq; modum.
Perdita restituit sacrae coniuicia Cœnæ,
Ad CHRISTI hanc ritum restituisse docens.

Cap. 12.

Discite doctorum uarias discernere mentes,
Ne sint hi rixis causa parata nouis.
Quin potius uarijs crescat concordia donis,
Vnum etenim corpus membraq; multa sumus.

Cap. 13.

Murmura quo posset queruli compescere vulgi,
Divitijsq; nimis corda superba simul,
Inclita fraterni præconia scribit amoris,
Quo sine non uirtus illa iuvare potest.

Cap.

Cap. 14.

*Quæ nam doctiloqui sint munera sancta prophetæ,
Et quo nam fuerint hæc obeunda modo.
Linguarum quod sit studium, quæ forma docendi,
Ut fructus habeam hinc piaturga suos.*

Cap. 15.

*Mortua cum multi consurgere membra negarent,
Hoc Paulus multa cum ratione probat.
Hec etenim nostræ fidei spes unica restat.
Et quæ corporibus formæ futura, docet.*

Cap. 16.

*Munera quisq; precor, miseric seponat egenis,
Repperiam ut ueniens ista parata simul.
Commendat fratrem, qui illis hæc scripta ferebat.
Ardeat in sancto pectore sanctus amor.*

EPISTOLA II. AD CORINTHIOS.

Cap. 1.

*N*on moueat tristi feruens afflictio turba,
Protegit hanc proprio nempe fauore Deus.
Quod nondum ueni, non fraudis nostra notetis
Verba, meæ iusta est nam mihi causa moræ.

Cap. 2.

Non me crudeli dicatis mente tyrannum.

R

EPISTOLA II.

Confilij ratio nam mihi certa mei est.
Impostor non sum: diuinæ dogmata legis,
Et uos & reliquos me docuisse scio.

Cap. 3.

Vestra fidem ostendit crescens Ecclesia nostram,

Quam docui mitis miria uerba Dei.

Cur nescere iuuit fidei legalia sanctæ?

Cum CHRISTVS legis spiritus ipse sicut

Cap. 4.

Pura fidem docui sanctam per dogmata, si quis

Hanc negat, is proprij tunc sibi causa mali est.

Nec mea crux moueat, que tanto fœnore CHRISTVM

Per mare, per terram & summa pericla docet.

Cap. 5.

Quia spes tanta ferat patienti in carne pericla,

Edocet, officium tradit & inde suum.

Non tamen affecto uane præconia laudis,

Sed pura CHRISTI prædico memet fidem.

Cap. 6.

Cura sit innocue nunquam non maxima uitæ,

Et cura impositam sit tolerare crucem.

Impia uitemur turpis consortia turbæ.

Ne templum sancti polluat illa Dei.

Cap. 7.

Non ego uos unquam terrente tyrannide pressi,

Quam potius uestræ cura salutis erat.

Hinc

Hinc etiam erga illos quinque teneatur amore,
Exemplo & uaria cum ratione probat.

Cap. 8.

Munera non plegeat contemptis tradere egenis.

Quoniam Macedoniam mores uos invet usq; sequi.
Quod bene coepisti, nunc tandem absolute, Tito

Fratribus & reliquis cura placere siet.

Cap. 9.

Ipse licet uestræ cognoscam mentis amorem,

Attamen & Tatum muttere cura fuit.

Gloria quo maior per munera uestra ueniret,

Et uester fructus maximus inde foret.

Cap. 10.

Officij proprij dignissima iura tuetur

Virtutis narrans munera sancta suæ.

Hac licet ipse usus sim rite per omnia semper,

Non mihi, sed soli gloria danda Deo est.

Cap. 11.

Ambitione pia laudat sua munera Paulus,

Huc etenim inuitum turba coegerit iners.

Non ego uento nrum nunc glorior ore,

In cruce nam sola gloriæ nostra sita est.

Cap. 12.

Quæ Deus exhibuit Paulo sacra uisa recenset.

Vsus & hac cur sit post modo laude docet.

Inde suum erga illos sanctum testatur amorem,

EPISTOLA AD

Se quoq; promittit uelle uenire breui.

Cap. 13.

Adueniam certe, nec falso mentiar ore,
Nec fidei ostendam robora parua meæ.
Vos tamen ab potius pura resipiscite mente.
Defendat fortis gratia lata Dei.

EPISTOLA AD GALATAS.

Cap. 1.

Hec scribo, qui sum cœlesti uoce uocatus,
Qui ueram docui, dogmata sancta, fidem.
Miror, quæ luitas animos perturbet imanes,
Ut cadat è uano tam cito corde fides.
Cum me s. quæ docui, non sint mortalia uerba,
Qui docuit, Dominus nempe magister erat.

Cap. 2.

Non me discipuli docuerum dogmata sancta,
Quin potius testor me docuisse Petrum.
Namq; is sollicito seruabat pectore legem,
Cum nos sola queat iustificare fides.

Cap. 3.

Quis uos, ô stulti Galatæ, seduxit in illum
Errorem, ut fidei non pia cura siet?
Sola fides sanctum Domino coniunxit Abramum.

Hinc

Hinc, cur sit Legis tradita forma, docet.

Cap. 4.

*Libertas que sit fidei, quæ regula legis
Edocet, & reprobos increpat inde uiros.
Indicat illorum quam sit fœdissimus error.
Lex nos constringit, liberat alma fides.*

Cap. 5.

*Liber a nunc fidei cœlestis iura tenete:
Sim minus : hei uobis C H R I S T V S imanis erit.
Pœna manet falsos, qui uos seducere tentant.
Sit pietatis amor, sit superata caro.*

Cap. 6.

*Clementer (moneo) lapsos attollite fratres.
Sanctus amor uigeat, gloria uana cadat.
Doctores colite, & fidei constantia uobis
Adsit: sit C H R I S T V S gloria uestra simul.*

E P I S T O L A A D E P H E S I S O S .

Cap. 1.

*C ondidit ut teretem diuina potentia mundum,
Illiū hoc placitum consiliumq; fuit,
Ut miseros solo saluaret munere C H R I S T I ,
Qui solus nostri fons & origo boni est.*

Cap. 2.

EPISTOLA AD

Immuniis nemo peccati a criminе uiuit,
Omnibus à C HR I S T O prouenit alma salus.
Hic etenim ueteris tollens diuertia legis,
E populus unam fecit utrisq; domum.

Cap. 3.

Ferrea pro uobis gestamus vincula, fr̄atres,
Nam Deus hoc uestri munus habere dedit.
Ne tamen h̄ec timidos offendane vincula, semper
Pro uobis soleo soliciuare Deum.

Cap. 4.

Conciliet uestrar̄as felix concordia mentes,
Et castam uitam sit pia cura sequi.
Ira, dolus, fraudes, turpis diuicia lingue
Cedam, sit puræ religionis amor.

Cap. 5.

Sit fraternus amor uobis, sit lingua pudica,
Ingluuies, foeda & sit procul ebrietas.
Coniugij casto seruemur pectore leges:
Ut propriam sponsam C HR I S T V S amare solet.

Cap. 6.

Officium quod sit natorum, quodq; parentum,
Quid deceat seruos, quid dominosq; docet.
Et multis Satane describit prælia seui,
Et, quæ illum possint uncere tela, monet.
Cætera narrabit Tychicus: uos sedulo pro me
Fundite non falso pectore uota Deo.

EPIST.

EPISTOLA AD
PHILIPPENSES.

Cap. 1.

GAUDEO QUOD SANCTI TENEATIS DOGMATA CHRISTI.
 Nec uos, que patior, damna mouere queant.
 Plus etenim fidei fructus incommoda portant.
 Sed sanctam referat uita pudica fidem.

Cap. 2.

CONCORDES ANIMI CELSOS COMPESCITE FASTUS,
 Hoc etenim CHRISTI UOS PIA UITA DOCET.
 QUI QUONDAM UILIS SUMMO NUNC FULGET HONORE.
 DOCTORES VERBI UOS COLUISSERECET.

Cap. 3.

DOCTORES FALSOS UIGILANTI MENTE CAUETE,
 QUI CUM LEGE FIDEM COMPOSUSSI SE SOLENT.
 IUSTITIAM HUMANAM SUMMI REX SPERNIT OLYMPI.
 SED SPEM COELESTEM NOS DECET USQ; SEQUI.

Cap. 4.

PERGITE CONSTANTES, CONCORDI PERGITE SENSI.
 ET UOS COMMENDET UITA MODESTA SIMUL.
 GRATIA SIT, FRATRES, LARGO PRO MUNERE UOBIS.
 DICATUR SANCTIS FRATRIBUS ALMA SALUS.

R 4.

EPISTOLA AD
EPISTOLA AD
COLOSSENSES.

Cap. 1.

Gratulor ob fidei uobis præconia uestræ,
Quæ uos non falsa laude beare potest.
Et merito: in C H R I S T O quoniam pater omnia nobis
Tradidit: hic omnis fons & origo boni est.

Cap. 2.

Callida multorum caueatis dogmata cauti,
Quæs doctos miscet subdola lingua dolos.
Cur etenim libeat falso seducier aſiu,
In C H R I S T O uobis cum bona cuncta ſient.

Cap. 3.

Deserite has terras, iam ſint coeleſtia curæ,
Nec libeat uitijſ inuigilare malis.
Sit fraternus amor, ſint & connubia sancta.
Officium faciat filius atq; pater.
Hoc pariter serui faciant dominiq; tenaces.
Personas nec enim respicit ipſe Deus.

Cap. 4.

Orandi ſtudium ſit uobis, ſermoq; prudens,
Et sapiens pariter caſtaq; uita ſiet.
Vos etiam fratres fraterno corde ſalutant.
Officium Archippo præcipit inde ſuum.

EPIST.

THESSALONIC.
125
EPISTOLA I. AD
THESSALONICEN.

Cap. 1.

Gratulor ob uestram uobis nunc spemq; fidemq;;
Quam uos syncero corde tenere iuvat.
Nempe graues inter constami corde tumultus
Exemplum fidei natio uestra fuit.

Cap. 2.

Doctrinæ narrat proprie preconia Paulus,
Ut fidei cernant fortia signa sua.
Cognostis, fratres, uitæ pia signa fidelis,
Non igitur moueat impia turba, precor.

Cap. 3.

Timotheum misi, uerbis qui subleuet alnis
Uestram, cum uera religione, fidem.
Quæ tamen haud unquam cum se submittat inanis,
Altisonum dignis laudibus usq; ueho.

Cap. 4.

Pergite constanti pietatem corde tenere.
Nec uitam immunda polluat arte Satan.
Otia sunt procul hinc: moderatum funera luctum
Poscunt, de terra surgere quippe solent.

Cap. 5.

Incertum est Domini tempus, quo iudicet orbem,
Nos igitur curis inuigilare decet.

R 5

EPISTOLA

Pastores doctos, sanctum ergo commendat amorem.
Cuncta probate: pijs fausta uenire precor.

EPISTOLA II. AD THESSALON.

Cap. 1.

Gratia summa Deo, fidei qui robora uestræ
Adiunxit, ac hostes reprimit inde feros.
Adueriet siquidem præscripto tempore CHRISTVS,
Quem nos continuu[m] uoce rogare decet.

Cap. 2.

Non tamen adueniet magni præsentia CHRISTI,
Ni prius adueniat ille prophanus homo.
Qui specie falsi CHRISTI pia nomina finget.
Vos autem firmo pectore stare decet.

Cap. 3.

Supremum sanctis precibus compellite patrem,
Ut uerbi crescant semina sancta sui.
Otia sectantes dignus compescite poenis.
Crescat ergo in sancto pectore sancta fides.

EPIST. I. AD TIMOTH.

Cap. 1.

Inclita pastoris describit munera ueri

EI

Et quæ doctrinæ forma tenenda siet.
Ut doceat fidei sinceri & munus amoris.
Cominet hoc totum religionis opus.

Cap. 2.

Summa Deo pietas, precibus se dedere sanctis,
Et uotis summum solicitare patrem.
Sit pia cura uiris puras attollere dextras.
Ornet foemincum uita pudica genus.

Cap. 3.

Doctoris uitam tractat sancti q; ministri,
Cui sancti à Domino est tradita cura gregis.
Coniugib; q; horum quæ nam sit uita tenenda,
Ne offendant Domini scandala cæca domum.

Cap. 4.

Doctrinam possint melius quo agnoscere falsam,
Illi⁹ quæ sint dogmata uana monet.
Hec caueas (moneo) Domini pia uerba secutus,
Actatem debet spernere nemo tuam.

Cap. 5.

Quo deceat monuisse modo iuuenesq; senesq;
Foemineumq; genus, præcipit atq; monet.
Instituit uidas pariter sanctosq; ministros.
Fac stomachi infirmi sit tibi cura frequens.

Cap. 6.

Instituit seruos: doctrinæ dogmata sanctæ
Tradit, & hæc uigili mente docere, iubet.

AD TIMOTH. II.

Quanta timenda monet tetricis incommoda diuatis,
Fac cautus uocum iurgia uana cause.

EPISTOLA II. AD
TIMOTHEVM.

Cap. 1.

Gratulor ob fidei tibi munera sancta fidelis:
Quate, qua matrem cerno ualere tuam.
Tu modo fac pergas constanti pectore semper.
Nec moueat CHRISTI crux imimica pijs.

Cap. 2.

Fac fortis CHRISTI depugnes prælia miles,
Nam CHRISTVM fortem uincula nulla ligant.
Deficiunt multi: moueat non: dogmata sancta
Fac tene, & errantes ut reuocare queas.

Cap. 3.

Vltima producent doctores tempora falsos,
Qui toto cupiant perdere corde fidem.
Tu tamen æthereæ scripturæ uerba sequaris.
Continet hæc totum religionis opus.

Cap. 4.

Diuini semper fac cures munera Verbi.
Hæc omnes puro corde docere uelis.
Tempus enim ueniet, quo dogmata uera negabunt,
Omnia sed felix uincere cura potest.

Iustitia

Iustitiae quoniam mihi iam datur alta corona.

Quæ sibi postremo sint facienda, monet.

EPISTOLA AD TITVM.

Cap. 1.

Tinclyta qui doceas posui te mœnia Cretæ.

Fac animo officium nunc uigilante tuum.

Presbyteros statuas edocetos dogmata sancta.

Non deerunt etenim dogmata falsa tibi.

Cap. 2.

Instituit iuuenes fortes, seruosq; senesq;

Cumq; uiris pariter fœmineumq; genus.

Vera etenim nobis apparuit ansa salutis.

Præcipit hæc uite munera digna pie.

Cap. 3.

Principibus lubeat semper parere supremis.

Quæ uite fuerit pristina forma, docet.

Diuini ut uideant non friuola signa fauoris.

Quæq; sit hereticis forma tenenda, monet.

EPISTOLA AD
PHILEMONEM.

Suscipe clementi fugitiuum pectore seruum.

Clementi fratrem suscipe corde piūm.

EPISTOLA

Nunc etenim uere cum norit dona salutis,
Non tibi fucata seruiet ille fide.

EPISTOLA AD HEBRAEOS.

Cap. 1.

A Nte Deus Vatum frufrat sermonibus usus,
Nunc proprij nati uerba colenda dedit.
Omnibus hic maior cœlestis imago parentis,
Angelicas uires exuperare solet.

Cap. 2.

Ergo decet CHRISTI uos semper uerba tenere,
Quia Deus ipse pater signaq; multa probant.
Hic quoq; uerus homo miser & succurrere carni
Affolet, & sumnum conciliare patrem.

Cap. 3.

Ut Dominus uilem præcellit honore ministrum,
Sic CHRISTVS Mosem uincit honore pium.
Non igitur lubeat CHRISTI contemnere Verba,
Vi Mosem spreuit turba prophana patrum.

Cap. 4.

Non uiluere patres requiem subiisse paratam,
Nutarent falsa cum male corda fide.
Sancta fides uobis sit cordi: uerba Tonantis
Non fallunt, scuo que magis ense secant.

Cap.

Cap. 5.

Quem modo rite Deum mortali ē corpore natum
Sed non humano diximus esse mo:lo.
Idem etiam celebrat non fruola sacra sacerdos,
Que nobis possum conciliare Deum.

Cap. 6.

Culp. at Iudeæ socordia pectora gentis,
Que poenas magnas supplicium q; ferant.
Non etenim fallent supremi uerba Tonantis,
Que iurans proprio comprobat ore Deus.

Cap. 7.

Rex idem Salem fuerat Dominiq; sacerdos,
Cuius nemo genus exposuisse potest.
Talis enim C H R I S T V S Rex maximus atq; sacerdos.
Cui par officium nemo Leuita gerit.

Cap. 8.

Vnieus & summus non falso est more sacerdos
C H R I S T V S, in æternum permanet huius honor.
Pristina nam summus Aaronis munera magni
Per C H R I S T V M ē toto sustulit orbe Deus.

Cap. 9.

Que cecidit toties Aronica uictima nuper,
Amplius haud ullum pondus habere solet.
Vnica nēpe hominū est, que purgat crimina, C H R I S T V S
Victima, que patrem conciliare potest.

Cap. 10.

EPISTOLA

Exponit ueteris non uinas foederis umbras,

Quas morte implesti, CHRISTE supreme, tua.

Pergute concordes transire in tramite CHRISTI,

Nam fidei dantur munera digna piæ.

Cap. ii.

Quid sit sancta fides, Domino que sola placere

Affolet, huius opes officiumq; docet.

Quotquot enim ueram sancti meruere salutem,

Hanc retinente sola iustificante fide.

Cap. iii.

Sit constans semper fortis in patientia corde,

Que CHRISTVM nostram spemq; ducemq; uidet.

Hinc Euangelij præstantia dogmata ponit,

Que CHRISTO forti fidere corde iubent.

Cap. iv.

Sit facile hospitium, sint ex connubia sancta:

Nec nimias tristis querat auarus opes.

Hinc fidei uerae constantia munera tractat,

Et quod sit sanctæ religionis opus.

EPISTOLA IACOBI.

Cap. i.

A Domino cœli sapientia sola petatur,

Que tristem doceat sustinuisse crucem.

Non tentat Dominus: factis ostende fidele

Peccatum

Pectus, id est uera religio nis opus.

Cap. 2.

Non tibi sit potior flauo qui splendet in auro,
Aequalis sancto pectori flagret amor.
Quidq; fidem iactas omni tu criminis plenius
Hæc tua nempe fides mortua tota iacet.

Cap. 3.

Affectant multi doctorum nomina, qui non,
Quo doceant, possunt sustinuisse modum.
Labilis instituit quare moderamina linguae,
Et que prudentem corda modesta decent.

Cap. 4.

Taxat auaritiae studium nummiq; tenaces,
Et quorum multis lingua nocere solet.
Magnanimo elatos reprehendit corde superbos,
Qui spernunt uires consiliumq; Dei.

Cap. 5.

Turgida diuitijs reprehendit pectora magnis,
Et docet afflito corde pericla pati.
Iuramenta uetat, infirmos edocet inde,
Et sanctæ teneant pondera quanta preces.

EPISTOLA
EPISTOLA I.
PETRI.

Cap. 1.

Fortia non moueat mordax afflictio corda,
Multaque pro CHRISTI nomine ferre iuvet.
Hic etenim aeternae fons est et origo salutis.
Hic manet: humana at cuncta perire solent.

Cap. 2.

Denuo, qui CHRISTI fuerint per dogmata nati,
Insontes mores obtinuisse decet.
Fac colito proceres, populi qui sceptra gubernant.
Nec pigeat forti pectore ferre crucem.

Cap. 3.

Coniugij leges diuino dogmate docet.
Sit tibi uita inspons: sit pietatis amor.
Nec moueat, si quae pro CHRISTI nomine damna
Eueniant: hic est unica nempe salus.

Cap. 4.

Tollite uæsanæ fœdißima crima uitæ,
Quæ lœto CHRISTUS sustulit ante suo.
Dispenses digne diuini dona fauoris.
Tristia constanti corde pericla feras.

Cap. 5.

Dogmata proponit sanctis seruanda ministris,
Et iuuenum leges officiumque docet.

sunt

Sint humiles animi & uigiles, sit sobria uita,
Ut satane possint tela nocere nihil.

E P I S T O L A . II.

P E T R I .

Cap. 1.

OMnia per CHRISTVM supremi rector olympi
Tradidit, illius nec dubitata fides.
Hancq; probant sancti, simul hanc pater ipse probauit.
Cuncta igitur fidei nomine ferre decet.

Cap. 2.

Nec frustra hec moneo: doctores nempe futuros
Afficio falsos, qui mala multa ferant.
Qui fastu turgent, queis cordi est sola uoluptas.
Sed perdet fortis pectora falsa Deus.

Cap. 3.

Condatis memori, que dixi pectore uerba:
Nam parient homines ultima sæcla malos.
Ultima qui spernant uenture tempora lucis,
Sed uobis ueræ sit pietatis amor.

S 2.

EPISTOLA
EPISTOLA I.
IOANNIS.

Cap. 1.

Non ego falsa fero uobis, sed dogmata certa,
Et quæ præsentes uidimus ante simul.
CHRISTVS enim est solus nobis peccata remittens:
Si peccatorem te fateare modo.

Cap. 2.

Sit pietatis amor, uigiletis pectorc cauto.

Nam falsos CHRIS TOS ultima sœcla ferent.
Quorum arteis solus poterit uitare dolosq;
Doctrinæ sanctæ qui pia iussa tenet.

Cap. 3.

Cernite quantus amor CHRISTI, qui morte redemit
Vos propria, & natos uos, dedit, esse Dei.
Non igitur uitam libeat tractare prophanam.
Fraternus casto pectorc flagret amor.

Cap. 4.

Edocet ut possint alienæ scita probare
Doctrinæ, & sanctam continuare fidem.
Denuo fraternum post hæc commendat amorem,
Qui sancto similes nos facit esse Deo.

Cap. 5.

Quæ fidei uirtus sit sancto differit ore,
Quæ firma in CHRISTVM credere mente, docet.
Totius

IOANNIS.

131

Totius hic etenim solus uita unica mundi est,
Quo sine (crede mihi) non uenit ulla salus.

EPISTOLA II.

IOANNIS.

Gratulor ob propriam tibi nunc dilecta salutem,
Que docuit fortis dogmata sancta Dei.
Tu modo fac pergas non falso insignis amore.
Pseudoprophetarum uerba dolosa caue.

EPISTOLA III,

IOANNIS.

Macte animo, Gai, cœptum persoluito cursum,
Sit fortis Veri : sit pietatis amor.
DiotrepheM taxat, laudat DemetrioN inde.
Et se uenturum prædicat esse cito.

EPISTOLA IVDAE.

Crescat sancta fides, aliosq; iuvate fideles
Conueniens fidei uitaq; sancta sicut.
Doctores pingit digno sermone dolosos,
Illorum mores interitumq; docens.

APOCALYPSIS
APOCALYPSIS
IOANNIS.

Cap. 2.

HIC uentura canit uenturo tempore fata,
His scribens, Asie qui bona rura colunt.
Appareat stellæ septem, candelabra septem,
Mirifico ac anceps ensis ab ore mucat.

Cap. 2.

Admonet heic Ephesum famose & moenia Smyrnae,
Post illas pariter Pergama clara monet.
Quæq; Thyatiram uictrix Ecclesia gentem
Incolit, his quæ nam fata futura sient.

Cap. 3.

Fata canit Sardis, narrat Philadelphica fata.
Fata canit diues Laodiceæ atibi.

Cap. 4.

En Deus altisonans solio sedet altus eburno,
Huncq; senum turba bis duodena canit.
Quatuor hunc etiam clamant animalia Sanctum.
Sic Domino soli traditur omnis honor.

Cap. 5.

Cum clausum nemo posset aperire uolumen
Oblatum sumis, agne supreme, librum.
Te quoniam dignum clamant cœlestia uerba, ut
Fatalis referes sancta sigilla libri.

Cap.

Cap. 6.

Bella, famem, pestem, sacriq; incommoda Verbi

Admonitus certa uoce propheta canit.

Accipiunt nubes uestes, qui fata queruntur

Tristia sanctorum, seuaq; damna simul.

Concutitur tristis usq; molimine tellus.

Territat & reges ira cruenta Dei.

Cap. 7.

Ne noceat Domini ueniens afflictio sanctis,

Signatur forti turba professa cruce.

Tristia queq; prius mundi sensere pericla,

Astricolam celebrant pectora laeta Deum.

Cap. 8.

Angelus ecce Deo nunc offert uota piorum,

Quae sumnum possint conciliare patrem.

Quatuor inde tubæ crudeli murmure clangunt.

Cum mare flammariuit, sydera cæca latent.

Cap. 9.

Ascendunt Stygio fortes de fonte locustæ,

Que miseris noceant per mala multa uiris.

Angelus hinc clangit non fausto murmure sextus,

Armatisq; cadunt millia multa manu.

Cap. 10.

Angelus en fortis cœlesti uenit ab arce,

Qui terram calcat, qui pede calcat aquas.

Infrendentisq; ferocx sinuosa uolumina profert.

APOCALYPSIS

Oblatum iussus devorat ille librum.

Cap. 11.

Corrupti Vates metitur limina Templi.

Et Dominus testes proferet inde duos.

Bestia quos laniat, laniatos excitat ipse

Omnipotens, cœli & scandere summa iubet.

Terrentur proceres: iam mœnia magna ruuntur.

Angelus ac inflat septimus inde tubam.

Cap. 12.

Parturiens metuit serpentem fœmina sœum.

Angelica immanem perdidit huncce cohors.

In cœlo pax est, terras discordia uexat.

Excitat in sanctos prælia sœua draco.

Cap. 13.

Romanum signans ascendit bestia regnum,

Quod simul ex terras oceanumq; regit.

Altera consurgit blasphemо bestia uultu,

Quam si pontificem dixeris esse, licet.

Cap. 14.

Agnum deducunt cultores agmine casto.

Angelicos audit aure patente sonos.

Ille fidem tradit: Babylonia fata minatur

Alter, ex immanis dira pericla feræ.

Iam matura cadit feruenti tempore messis,

Et spumant musto squalida præla nouo.

Cap. 15.

Apparent

Apparent septem non læto corde ministri.

Tradidit his septem uerbera dira Deus.

Iamq; Deum celebrant resonanti uoce supremum,

Vicerunt tristis qui mala monstra feræ.

Cap. 16.

Cœlesti septem uenientes arce ministri,

Septem poenarum pocula plena gerunt.

Hæc simul effundunt, his bestia tangitur ingens,

Quæ turpes ranas ore patente uomit.

Cap. 17.

Immani uehitur meretrix obscœna dracone.

Aurato calyce mixta uenena ferens.

Cuius in immensum trepidanda potentia surgit.

Hanc cupiunt reges, hanc cupiuntq; duces.

Cap. 18.

Vasta ruunt magnæ Babylonis moenia, clamat

Angelus, hei nimium moenia tanta iacent.

Mercantes lugent, summi lugemq; Monarchæ,

Quos duxit nimium tam lupa fœda diu.

Cap. 19.

Vltima narrantur cœlestis prælia pugnæ,

Qua ferus æthereo concidit ense draco.

Iam pereunt quotquot Dominum impugnare parabant.

Mergitur ardenti bestia seu lacu.

Cap. 20.

Clauditur in tristem Satanas crudelis auernum,

A P O C . I O A N N I S

Qui redeat, cum sunt sœcula lapsa decem.
Panduntur summi sinuosa uolumina cœli.

Defunctos fortis iudicat ipse Deus.

Cap. 21.

Ecce nouum coelum, pariter noua & omnia uidi,
Et noua de summo moenia lapsa polo.
Pingitur hæc nobis uictrix Ecclesia formæ,
Quæ forti iuncta est sponsa pudica Deo.

Cap. 22.

Viventes cernit manantes fluminis undas,
Ac urbis pingit iura colenda nouæ.
Et monet, hec qui in fini non falsa oracula Vates,
Quæ summa deceat nos coluisse fide.

E R R A T A.

Folio 9. uersus ultimus sic legendus est, Hic placet simili cum ratio
tione Deum.

Fol. 10 uersu penult. solum lege pro olum.

Fol. 120 h uersu 5 sic distingue, Nec mihi, quæ poterat, nuptia &c.

Fol. 123 lege Ephesios pro Ephesios.

CHRISTIANO

LECTORI S.

CVm aliquot hic uacarent paginæ, Christiane Lector, non ingratum tibi fore credidimus, si pri-
mum Dauidis Psalmū, ab eodem authore nostro car-
mine redditum, subiungeremus. Cū enim imprimis
elegans sit & breuitate sua incundissimus, etiam huic
instituto nostro non incongruus uidebatur. Conti-
net enim breve sacrarum literarum encomium, do-
cens eum uere beatū fore, qui omnibus rebus postpo-
nit, omniumq; uanissimorum hominum conseruo
relicto, se totum Legis diuinæ lectioni addixerit, quæ
scilicet in illo fructus nō penitendos sit productura.
Tu his nostris candidus fruere, & Vale in Domino.

PSALMVS I.

ONIMUM fœlix, quem nulla pericla mouere
Nullaq; fortunæ lubrica coepita queant.
Impia quem nunquam potuit gens flectere prauo
Consilio, aut coeptis implicuisse malis.
Nec mala seduxit peruersi semita uulgi,
Quæ secum fraudes & scelus omne trahit.
Callida nec uoluit concendere culmina sedis,
Quæ summi ridet uerba colenda Dei.
Inclita quin potius supremi iussa Tonantis

P S A L M V S I.

Illiūs ēr Leges nocte dieq; legit,
Quas legit, & lectas uigili meditatur amore,
Altisoni uenerans scita uerenda patris.
Vt solet ad gelidi quæ nata est fluminis arbor
Ripas, è succo crescere in alta suo.
Quæ uirides spargit tereti de stipite ramos,
In quibus haud tristi gutture uernat auis.
Quæq; suos profert maturos tempore fructus,
Quos tandem domini dextera plena legat.
Cui Boreas nunquam perturbat frondis honores,
Nec nocet albenti cana pruina niue.
Sic etiam castus diuinæ Legis amator
Prosperitate sua confaciendus erit.
Digna feret quoniam fœlicis munera uitæ,
Nec deerit cœptis lætior aura suis.
Non sic, non, inquam, sic impiæ turba ualebit,
Munera nec poterit tanta tenere malus.
Sed uelut immisso uento pelluntur inanes
Quisquiliæ, quævis quas rapit aura simul:
Vertitur instabili sic improba turba furore,
Et certa mentis conditione caret.
Nec sua consilio poterit discernere certo:
Consilium quoniam dissipat omne Deus.
Non igitur poterunt sancto in consistere cœtu,
Ferre nec astricole iudicis ora Dei.
Et licet ipse sibi placeat uertigine cæca

P S A L M V S I.

135

Improbis, & sic se iudice stare queat,
Hunc tamen ostendet supremi rector Olympi
Pro uitjjs poenias commeruisse graues.
Interea iustos sancto Deus approbat ore,
Cuncta cui illorum facta placere solent.
Hos iunit, extollit, defendit amore paterno,
Ut meritis uideant præmia digna suis.
Cum iacet, in sordes folio deiectus ab alto
Impius, & proprio subdolus ense perit.

F I N I S.

ARGUMENTORVM
IN VTRIUSQUE TE-
stamenti libros Catalogus.

IN LIB. VETERIS TEST.

GENESIS	2	Nahum	64
Exodus	5	Habakuk	65
Leuiticus	9	Sophonias	65
Numeri	11	Haggaeus	65
Deuteronomium	14	Zacharias	66
IO S V E	18	Malachias	67
Iudicum	20	IO B	68
Ruth	22	Liber Psalmorum	72
Samuelis I.	23	Ecclesiastes	86
Samuelis II.	26	Canticum Canticorum	87
Regum I.	28		
Regum II.	30	IN LIBROS ECCLE-	
Paralipomenon I.	33	siasticos.	
Paralip. II.	35		
Ezra	39	LIB. SAPIENTIAE	88
Nehemia	40	Ecclesiasticus	90
Esther	41	Tobias	95
ESAIAS	42	Baruch	98
Ieremias	49	Susannæ historia	97
Ezechiel	54	Belis historia	97
Daniel	59	Iudith.	97
OSEIAS	60	Esdrae III.	99
Ioel	62	Esdre IIII.	100
Amos	62	Machabæorum I.	101
Abdias	63	Machabæorum II.	103
Jonas	63	Machabæorum III.	105
Micheas	64		

IN LIBROS NOVI TESTAMENTI.

EVANG. sec. Matth.	105	Colossenses	124
Evang. secundū Mar.	108	Theſſalon. I.	125
Evang. secundū Lucam	110	Timotheū. I.	125
Evang. secundū Ioan.	113	Titum	127
Acta Apostolorum	115	Philemonem	127
P A V L I Epiftola ad		Hebræos	127
Romanos		I A C O B I epiftola	128
Corinthios I.	119	Petri epift.	129
Galatas	121	Ioan epift I	130
Ephesios	122	II.	131
Philippenses	123	III.	131
	124	Iudæ epiftola	132
		Apocalypſis	133

OCN 906629133